De

Gastromalacia

et

Gastropathia

infantum.

Auctore

Franc. Xav. Ramisch.

De

Gastromalacia

et

Gastropathia

infantum.

Auctore

Franc. Xav. Ramisch.

Pragae:
Typis Sommerianis.
1824.

Lectori salutem!

Singulari in infantes amore ductus eorum morbos majore attentione prorsus non indignos censui. Hinc nosocomium generale annis 1821 et 1822 frequentans saepe Celeb. Domin. Doct. Dworžak, infantum instituti brephotrophei medicum, tunc instituti clinici ophthalmologici Assistentem, nunc nosocomii generalis medicum secundarium adii, ejusque ordinationibus interfui. Multas ibi morborum infantilium formas observare mihi licuit, quarum non paucae sanatae fuere. Sed non mirum, inter tantum aegrorum numerum (qui fere quotidie intra 20 et 30, nonnullis diebus autem ad 50, 60 et ultra adscenderat) etiam hunc illumve parvulorum morte abreptum fuisse. Cum diagnosis morborum infantilium quidquam sit difficilior,

cum multa adhuc atra occurrant caligine tecta, statim de sectionibus cadaverum instituendis cogitabam. Petii ergo a Dom. Doctore, ut mihi liceat, nisi omnium, saltem notabiliorum et rariorum demortuorum cadavera dissecare, quod eo facilius institui possit, cum fere omnes instituti brephotrophei infantes demortui ad nosocomium generale adportentur, unde dein sepeliuntur. Ultro ac lubens Cel. Doctor votis meis annuebat, omnibusque cadaverum sectionibus, quas institueram, ipse interfuit. — Vix aliquot cadaveribus dissectis occurrebat nobis status, de quo Commentarius hicce agit, quem Cel. Doctor mox illum agnovit, de quo Feiler in libro suo Jaegerum secutus paucis mentionem fecit, quem quoque Henke in opere egregio de infantum morbis aliquot verbis nominat. Cum serius adhuc eundem ventriculi statum aliquoties inveniremus, Cel. Doctor, cujus singularis in me benevolentia amicitiaque paene fraterna alta manebit mente reposta, me adhortabatur, ut huicce phaenomeno, in infantibus non infrequenti, omnem diligentiam impendam, illudque pro Dissertationis inauguralis materia

sumam. Placuit quidem thema, quippe minus notum nec exigui momenti: sed frustra auctores de infantum morbis plurimos, nec recentissimo J. Wendt vratislaviensi excepto, frustra plurimos de pathologia et therapia speciali auctores adii, vix aliud, quam mentionem hujus mali in nonnullis reperi. Restabat itaque

— — apis Matinae
more modoque,
grata carpentis thyma per laborem
plurimum —

hinc inde in scriptis periodicis aut dissertationibus difficulter accipiendis [1]) dispersas notitias, singulosque morbi casus colligere, et in unum connectere.

Quas itaque Tibi, benevole Lector! hic trado pagellas, veniam auctori exorent, quod vir juvenis tiroque in arte medica thema aggredi ausus sim, quidquam novum et adhuc obscurum, de quo in ingenti scriptorum de re medica copia tam pauca adhuc allata invenies.

---

[1]) Hac occasione Cel. D. D. Professoribus: Krombholz, Jlg et Jokliczke, omnibusque amicis, qui benigna librorum communicatione me adjuvarunt, publice summas refero gratias.

Quare mihi non ineptum visum est, cognitis collectis observationes meas nonnullas addere, talique modo dissertationem eruditorum examini submittere.

Accipe ergo, Lector! qualecunque sit, hocce opusculum, neque irascaris, quod plura, eaque certiora in materia tam abstrusa afferre non valuerim. Caeterum vale libellique auctori fave! et

Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Pragae, Calendis Julii anni p. Ch. n. 1824.

Auctor.

Prolegomena.

§. 1.

Introductio.

Olim variolarum epidemiae maximas inter infantes strages fecere, nec mirum, cum tantum infantum numerum variolae abripuissent, alios infantum morbos, qui nunc impuberes trucidant, minus frequenter observatos fuisse; ut taceam, plures antiquiores medicos idea refertos: vetulas optimos esse infantum medicos, morbos illorum minus diligenter observasse, imo neglexisse.

Recentioribus temporibus debellata pro maxima parte variolarum per vaccinationem vi, nullus adhuc exsurgerat morbus infantum epidemicus, qui tam late, ut olim variolae, infantes necaret; quamquam et Scarlatina (frequentius magis insidiosa, magisque maligna, quam Sydenhami temporibus fuerat) et Morbilli (rarius tamen maligni) millenos infantes Orco tradant. Cum itaque ex una parte plures infantes serventur [1]), ex

---

[1]) Hanc sententiam quoque ex censu Berolini mortuorum affirmavit cel. J. L. Casper in Spec. pol. med. de vi atque efficacitate insitionis variolae vaccinae in mortalitatem civium berolinensium hucusque demonstrata. 4. Berolini 1824.

altera parte recentiores medici morbis infantum majorem operam navent, diligentiusque in illos inquirant, facile patet: cur recentioribus demum temporibus plures infantum morbi plerumque non epidemici cogniti essent, quorum apud antiquiores auctores vix obscura et dubia inveniantur vestigia. Huc hydrops ventriculorum cerebri, asthma Millari, angina membranacea, huc cephalaematoma [1]), huc et gastropathia atque gastromalacia. Horum juxta opinionem vix refutandam cel. Cruveilhier [2]) plurimos infantum annum decimum nondum transgressorum enecant: angina membranacea, hydrops ventriculorum cerebri et gastropathia.

Postquam plures celebres in arte medica viri anginae membranaceae et febri hydrocephalicae omnem impenderant diligentiam, diagnosis horum morborum therapiaque facilior reddita est. Idem autem de gastropathia et gastromalacia infantum nondum praedicare possumus. Quousque ergo perfecto opere, quod et diagnosim certam stabiliret, et naturam morbi perfecte evolveret, sicque therapiam adaequatam monstraret, quousque, inquam, tali carebimus opere, contenti esse debemus collectione observationum et opinionum auc-

---

[1]) C. Zeller de Cephalaematomate, seu sanguineo cranii tumore recens natorum Commentatio. 8. Heidelbergae 1822.

Naegele in: Journal der pract. Heilkunde von C. W. Hufeland. 8. Berlin 1822. May.

Becker in: Journal etc. von C. W. Hufeland. 8. Berlin 1823. October.

[2]) Médecine pratique etc. Cah. I. 1821. pag. 1—3. (vide: Rust's kritisches Repertorium für die gesammte Heilkunde. Bd. I. 8. Berlin 1823. pag. 167.)

torum, qui hucusque gastropathiam et gastromalaciam observarunt, gavisuri, si opella talis operi quondam condendo vel tantillum materiae praebuerit.

§. 2.

Definitio.

Gastromalacia est membranarum ventriculi in massam mollem, pultaceam, gelatinosam, parum aut non resistentem transmutatio.

Frequenter in infantibus cum illa in immediato nexu versatur morbus acutius aut lentius decurrens, cum symptomatibus laesae functionis tubi intestinalis, vomitu nempe aut diarrhoea, aut utrisque, cum febre et virium prostratione incedens, quem Gastropathiam dico.

§. 3.

Nomen.

Gastromalaciae nomen (ex *γαστήρ* et *μαλακία*, mollities) cel. Prof. Henke [1]) induxit, absque dubio imitatus nomen Osteomalaciae, jam dudum in Pathologiam receptum. Retinui illud, cum bene ventriculi emollitionem exprimat, cum sit unicum verbum, et, quamquam novum, graeco tamen fonte cadat.

Gastropathiae nomen ex *γαστήρ* et *πάθος* composui, secutus cel. Cruveilhier, et imitatus nomina Leucopathiae et Cyanopathiae.

---

[1]) De inflammationibus internis infantum Commentatio. Auctore D. A. Henke. 4. Erlangae 1817. pag. 10.

§. 4.

Synonyma.

Varii auctores variis gastromalaciam et gastropathiam nominibus insigniverunt, et cum in intimo nexu sint, nemo hucusque (quamquam jam plures, ut: Jaeger, Rhades, Cruveilhier, morbum bene descripserint) phaenomenon gastromalaciae a morbo distinxerat nomine, nisi forsan Cruveilhier, ejusque translatorem C. Vogel excipiam.

Hildenbrand nominat: emollitionem ventriculi; Maſs: dissolutionem membranarum ventriculi; Goedecke: dissolutionem ventriculi; Zeller: morbum ventriculum infantum perforantem; Feiler: putredinem fundi ventriculi; Vest: gastritidem infantilem; Harleſs: pseudophlogosim ventriculi interioris et intestinorum resolutivam et colliquativam s. resolutionem et diabrosim membranarum ventriculi.

Germanice nominatur: Erweichung des Magens (Richter, Fleischmann, Henke), Magenerweichung bei Kindern (Rhades, C. Vogel), Erweichung des Magengrundes (Jaeger, Feiler), gallertartige Erweichung des Magens, Magenkrankheit der Kinder mit gallertartiger Erweichung (C. Vogel), atonisch-cachectische Pseudophlogosis der innern Haut des Magens und der Gedärme, mit Aufweichung und endlichem Sphacelismus derselben (Harleſs).

Anglis vocatur: digestion of the stomach after death (Hunter, Burns, Adams).

Gallis: érosion et perforation spontanée de l'estomac (Laisné), maladie gastro-intestinale ou gastrite et énterite avec desorganisation gélatiniforme des enfans (Cruveilhier).

§. 5.

Notitiae historicae et scriptores de gastromalacia et gastropathia infantum.

Jam apud auctores praegressi saeculi nonnulli occurrunt casus tam gastromalaciae, quam gastropathiae infantum, licet saeculi nostri decimi noni demum auctores nonnulli de gastromalacia qua peculiari phaenomeno, de gastropathia qua singulari morbo agant. Quos apud diversos auctores, qui ante cel. Jaeger scripserunt, reperi, et qui mihi cum majori minorive verosimilitudine gastromalaciae aut gastropathiae infantum casus sistere videntur (quod autem in quibusdam mancis descriptionibus arduum et vix cum certitudine determinandum) hic ordine chronologico adducam, addita enumeratione auctorum recentiorum de hacce materia.

G. F. Richerz [1]) sub titulo: ventriculus sphacelo corruptus [2]), sectionem narrat, quam absque dubio ad gastromalaciam refero. — In cadavere puellae semestris nec macilentae, neque adeo pinguis ventriculi statum invenit, quem his describit verbis: „Lurida ventriculi facies oculos in se convertit. Erat quippe inde „ab ore suo superiori usque ad distantiam aliquot pollicum a pyloro ex fusco - nigrescente colore tinctus, „nullo splendore et flaccidus instar macerati. Quem

[1]) Observatae viscerum abdominalium labis brevis epicrisis. Leydae 1757. Recus. in: A. Haller Disputationes ad morborum historiam et curationem facientes. Tom. VI. 4. Lausannae 1758. pag. 827—835.

[2]) L. c. pag. 834, 835. Observatio tertia.

„cum leviter attingerem, ut aversa mihi pateret super-„ficie, continuo rumpebatur medius, liquoremque pul-„taceum — — eructabat." „Lacerum eximere conabar „ventriculum, ast praeter cardiam cum vasis majoribus „a margine concava in pylorum protensis, huicque ad-„haerentem laciniam insigniorem nihil protrahere pote-„ram. Reliqua partim sinui splenis firmiter agglutina-„ta, partim in gelatinosum leviter olentem mucum col-„lapsa erant. Lacinia illa pyloro continua curatius exa-„minata ad extremum limbum, quo fundum effecerat, „fasciam monstrabat ab interiori tunica usque ad mu-„scularem ita corruptam, ut villosa cuticulam referret „facile dehiscentem, quales in pultaceis cernere licet, „nervea vero solito crassior et gelatinae mollioris in-„star tremula musculari incumberet." „Partem sanam „postea continuo aqua maceravi, verum ea adhuc in-„tegra permansit, ut ut facta sit tumidior et in lacera-„tis marginibus tandem deliquescenti similis." Cadaverosus foetor aberat.

G. Armstrong tres enarrat casus infantum, verosimiliter gastropathia demortuorum, in quorum cadaveribus ventriculi emollitionem invenerat.

In casu primo [1]) infans, cujus facies pallida,

---

1) G. Armstrong Versuch von den vorzüglichsten und gefährlichsten Kinderkrankheiten. A. d. Engl. 8. Zelle 1769. pag 37. 38.

D. G. Armstrong über die gewöhnlichsten Kinderkrankheiten u. deren Behandlung. Nach der neuern englischen Ausgabe übers. von Dr. J. Ch. G. Schäffer. 8. Regensburg 1786. pag. 38.

Ueber die gewöhnlichsten Kinderkrankheiten und deren Behandlung. Nach Armstrong neu bearbeitet

macra et cum extremitatibus semper frigida fuit [1]), diarrhoea serosa cum torminibus conjuncta exstinctus est. — Cum Dr. Hunter abdomen aperiret et ventriculum examinare vellet, membranas ejus adeo laxas, debiles, et facile lacerandas invenit, ac si maceratione protracta in gelatinam mutatae fuissent. Ejusdem indolis totus intestinorum tenuium tractus fuit. Attamen nulla inflammationis aut gangraenae vestigia inveniebantur, nec foetor tantus, ut solito in cadaveribus esse solet. Intestina crassa autem et reliqua abdominis viscera a norma non aberrabant.

In casu altero [2]) infans 3 hebdomadum semper pallidus, gracilis, cujus facies et extremitates plerumque frigebant, diarrhoea serosa moritur. — Cardia cum membranis ventriculi (contentis fluidis valde expansi) adeo tenuis et debilis erat, ut in casu praecedente: pylori autem et reliqui tubi intestinalis fere vacui membranis naturaliter firmis.

Casum tertium [3]) narrat puellae 4 mensium, cui nec matris, nec nutricis ubera exhibebantur. Haec a partu semper inquieta fuit, ast plerumque bono gau-

---

von Dr. J. Ch. G. Schäffer. 8. Regensburg 1792. pag. 71. 72., editio nova sub titulo: Beschreibung und Heilart der gewöhnlichsten Kinderkrankheiten. Von Dr. J. Ch. G. Schäffer. Neue verm. Aufl. 8. Regensburg 1803. pag. 120. 121.

[1]) Armstrong übers. von Schäffer. 1786. pag. 40.

[2]) Armstrong übers. von Schäffer. 1786. pag. 38—40. Schäffer l. c. 1792. pag. 72. 73. ed. nov. 1803. pag. 121. 122.

[3]) Armstrong von Schäffer. 1786. pag. 123. 124. Schäffer l. c. 1792. pag. 5—7 Anmerk.

debat appetitu. A quatuor diebus febre, torminibus cum diarrhoea serosa et aphthis laborabat. Medicaminum usu convaluit, ast morbo mox recidivante mortua est. — Sectio monstrabat ventriculi colorem non praeternaturalem, sed fundi ejus, ubi splen adjacet, membranas adeo tenues, ut sub levissimo attactu rumperentur. Intestina vacua erant et normalia. Splen solito minor, cum ventriculo arcte cohaerens. Hepatis pagina convexa cum diaphragmate concreta.

P. de Wind [1]) casum narrat, qui quoque ad gastropathiam pertinere mihi videtur, licet marginum foraminis ventriculi descriptio incompleta sit.

Puella 4 annor. et 4 mens., quae febre laboraverat, per octo dies non amplius febricitabat. Postquam diem ludendo hilaris transegisset, bonoque appetitu gaudens vesperi panem cum butyro comedisset, sana obdormiit. De nocte cum anxietate et extremitatum superiorum sudore frigido evigilat, atque vomitu corripitur. Sitis ingens aegram excruciat, sed aqua assumta plerumque mox iterum vomitu ejicitur. Abdomine intumescente aegra sui conscia absque convulsionibus mane mortua est.

Aperto abdomine ventriculus aëre in magnam molem expansus comparebat, quae sub pressione paulatim minuebatur. In margine superiore sinistrorsum proxime ad cardiam repertum est foramen magnitu-

---

[1]) In: Verhandelingen uitgegeeven door de hollandsche Maatschappye der Weetenschappen te Haarlem. 8. Deel VIII. Stuck 2. pag. 219. germanice in: Sammlung auserles. Abhandl. z. Gebr. prakt. Aerzte. Bd. II. Stück 1. 8. Leipzig 1775. pag. 133—135.

dine foraminis fistulae tabacariae, cujus margo cruentus et fusco-ruber erat. Interna ventriculi tunica inflammata et muco fusco ac sanguinolento obducta.

Balme [1]) casum sequentem adducit:

Puella 5—6 annorum per tres hebdomades moesta erat, appetitu prostrato et colore cutis alienato laborabat, proclivis in somnum erat, et solummodo interdum de doloribus in abdomine et epigastrica regione conquesta est. Exhibitis incassum anthelminticis tandem auctor advocatus est. Invenit faciem decolorem, linguam albam et humidam, abdomen molle et indolens, pulsum lentum et debilem. Post tres dies aegram convulsionibus universalibus prehensam invenerat, pulsus erat valde debilis, abdomen et epigastrium nil morbosi offerebant. Clysmata purgantia injecta retinebantur, anodyna frustra exhibita. Convulsiones aegram iterum prehendebant, vehementia augebantur, viribus adhuc magis prostratis aegra tandem mortua abdomine semper molli et indolente manente.

In ventriculi regione inferiori lieni proxima reperiebatur foramen diametri trium pollicum, cujus margines sub attactu disrumpebantur, quia parietes ventri-

---

[1]) In: Journal de Médecine. 1786. Février. pag. 246. iterum ab Ailhaud in: Hist. de la soc. roy. de méd. 1786. germanice in: Sammlung auserl. Abh. z. Gebr. pr. A. Bd. XIV. Stück 4. 1793. pag. 627. 628. — Occurrit hic casus etiam in: Dictionaire des sciences médicales. Tom. XL. 8. Paris 1819. pag. 527.; apud Laisné loco serius citando, et apud Cruveilhier über gallertartige Erweichung des Magens etc. a. d. Fr. v. C. Vogel. pag. 62. 63.

culi humore putrido?! et ichoroso?! dissoluti erant. Quantitas hujus humoris effusi non notabilis, neque odor ejus insignis. Neque in ventriculo, neque in vicinis organis ulla inflammationis vestigia. Viscera capitis, thoracis et reliqua abdominis sana.

Hunc casum etiam Jaeger [1]) et Cruveilhier [2]) ad gastropathiam referendum esse opinantur; Rauch [3]) autem ad perforationes ventriculi ex inflammatione ejusdem et gangraena vel exulceratione partiali refert, sed nescio an jure. Licet enim Balme ipse humorem ventriculi putridum et ichorosum nominet, tamen humor odoris expers vix ichor aut humor putridus dicendus. Ego potius cel. Jaeger et Cruveilhier secutus sum.

Joh. P. Westring [4]) casum narrat puellae 4 annorum (cui variolae insitae fuere), quem pro ulcere ventriculi habet, sed potius huc pertinere mihi videtur.

Sub sectione inveniebatur in ventriculi pariete posteriori foramen 4 pollicum in diametro, cujus margines pultacei (ut auctor ait: ex pure —?—) absque tumore. Villosa in ambitu hujus foraminis quidquam in-

---

1) In: Journal der prakt. Heilkunde von C. W. Hufeland. Bd. 32. Stück. 5. (1811. May) pag. 19.

2) Uebers. von C. Vogel pag. 62.

3) In: Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiete der Heilkunde von einer Gesellschaft praktischer Aerzte zu St. Petersburg. II. Sammlung. 8. St. Petersburg 1823. pag. 168.

4) In: Kongelige Vetenskaps Academiens nya Handlingar. Vol. XI. 1790. Stockholm. 8. u. 12. germanice in: Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebr. prakt. Aerzte. Bd. XIV. Stück 4. 8. Leipzig 1792. pag. 568 — 579.

flammata. Foetor magnus, et ventriculi contenta in cavum abdominis effusa. Reliqua abdominis viscera omnia sana, uti et residua ventriculi pars.

Auctor ipse monet, margines non fuisse tumidos, quod phaenomenon necessario adesse debuisset, si foramen ex inflammatione originem duxisset [1]), neque pro abscessu agnoscere vult [2]).

Th. Walsham [3]) et gastropathiae et gastromalaciae cum erysipelate neonatorum connubium observavit.

In casu gastropathiae cum erysipelate complicatae [4]) in cadavere puellae neonatae invenit in cavo abdominis effusum fuscescens. Intestina tenuia et Colon erant aëre inflata. Ventriculus contentis fluidis valde expansus, ejus pars a cardia usque ad pylorum decolorata, cujus membranae sub levissimo attactu rumpebantur, ut contenta effluerent. Hepar solito majus, in superficie hinc inde decoloratum, caeterum sanum ut reliqua abdominis et thoracis viscera.

In altero casu pueri 4 mensium [5]) invenit ventri-

---

[1]) L. c. pag. 575.

[2]) L. c. pag. 576. 577.

[3]) In: Memoires of Medical Society of London. Tom. V. 1799. pag. 182. germanice in: Sammlung auserl. Abhandl. z. Gebr. pr. Aerzte. Bd. XIX. pag. 565. etiam in: Sammlung kleiner Abhandlungen und Beobachtungen über die Rose der neugebornen Kinder und die Verhärtung des Zellgewebes, herausgegeben von Dr. J. C. L. Reddelien. 8. Lübeck u. Leipzig 1802. pag. 53—70.

[4]) Apud Reddelien l. c. pag. 58—60.

[5]) Ibidem pag. 64. 65.

culum proxime ad cardiam colore rubello tinctum, et adeo destructum, ut in praecedente casu, ut sub levi attactu rumperetur. Superficies interna ventriculi fuit humore gelatinoso obducta. Hepar solito majus, vesicula fellea bile turgebat. In pericardio seri quantitas solito major. In pleura, pulmonum superficie et substantia pustulae suppurantes, ambitu inflammatae ut in cute externa.

S. Th. Sömmering gastromalaciam cum perforatione in infante observavit [1].

Heinze [2]) in cadavere pueri 9 annorum, qui subito vomitu vehementi materiei aeruginosae lipothymiisque corripiebatur, atque quarto morbi die mortuus est, ventriculi collapsi parietem posteriorem penitus gangraenosum (?) et pone cardiam ruptum invenit. — Dubie hunc casum huc refero.

F. [3]) narrat casum gastropathiae in puero 6 annorum, cujus cadaver 24 horis post mortem dissecuit.

Ventriculi paries posterior adeo destructus fuit, ac si pars plurium pollicum in peripheria deficeret, ex hoc foramine amplo contenta ventriculi in peritonaei ca-

---

1) M. Baillie Anatomie des krankhaften Baues von einigen der wichtigsten Theile im menschlichen Körper. A. dem Engl. m. Zus. von S. Th. Sömmering. 8. Berlin 1794. pag. 79. Anmerk. 162.

2) In: A. Zadig und G. F. Friese Archiv der prakt. Heilkunde für Schlesien und Südpreufsen. Bd. III. Stück 2. pag. 136. (vide: Handb. d. pathol. Anatomie von Dr. F. G. Voigtel. Bd. II. 8. Halle 1804. pag. 462.)

3) In: Journal der prakt. Heilk. v. C. W. Hufeland. Bd. 22. St. 2. 8. Berlin 1805. pag. 28—56.

vum effusa fuere. Margo foraminis hujus cinereo-virescens erat, et breves ostendebat fimbrias. Reliqua ventriculi pars tum quoad consistentiam, tum quoad structuram normalis erat, neque odor putredinem, nec adspectus ullum inflammationis aut gangraenae vestigium ostenderat.

Allan Burns [1]) quoque gastromalaciam infantum observavit.

Gistrén [2]) descripsit morbum infantum, post quem foramen in ventriculo absque inflammatione aut gangraena invenerat; margines hujus foraminis erant tenues, et contenta ventriculi in cavum peritonaei effusa. Morbum putat cito evolvi.

Primus autem, qui praeter hunc de gastropathia, qua morbo infantum peculiari scriberet, observationibusque pluribus tum de gastropathia, tum de gastromalacia communicatis medicorum attentionem in hoc thema dirigeret, germanorum fuit Jaeger [3]).

---

[1]) Observations on the digestion of the stomach after death. By Allan Burns. In: Edinburgh medical and surgical Journal. Vol. VI. 1810. pag. 129—158. (vide: Göttingische gelehrte Anzeigen. 8. I. Bd. a. d. Jahr 1811. Stück 43. pag. 426—431.)

[2]) In: Ars-Berättelse om Svenska Läkare-Sällskapets Arbeter af Dr. E. Gadelius. 8. Stockholm 1810. (vide: Journal d. prakt. Heilk. v. C. W. Hufeland. 8. Bd. 33. Stück 1. 1811. Julius. pag. 121.)

[3]) Ueber die Erweichung des Magengrundes, oder die sogenannte Verdauung des Magens nach dem Tode. Vom Hofmed. Dr. Jaeger, in: Journal der prakt. Heilk. v. C. W. Hufeland. 8. Bd. 32. St. 5. (1811. May) pag. 3—30.

Post illum gastropathiam et gastromalaciam infantum observarunt:

John North [1]) casum gastromalaciae in puella 5 mensium narrat, in qua vesica urinaria defecerat, et ureteres in excrescentiam fungosam infra umbilicum sitam inserti erant, ex qua urina exstillabat. — Verosimiliter idem casus est, quem iterum refert Cruveilhier [2]).

G. Fleischmann [3]) quatuor gastropathiae enarrat casus.

Autenrieth [4]) casum gastromalaciae cum hydrope ventriculorum cerebri adducere refertur.

Laisné [5]) duos gastromalaciae infantum casus

Ueber die Erweichung des Magens und des Darmkanals. Vom Hofmed. Dr. Jäger. Ibidem Bd. 36. Stück 1. (1813. Jaenner) pag. 15—73.

1) In: The London medical repository. 1815. Nr. 20. (vide: Medizinisch-chirurgische Zeitung 1816. B. 4. pag. 309.)

2) Uebers. v. C. Vogel pag. 71. ex Bibliothéque médicale. Vol. 53. 1816. Août pag. 272.

3) Leichenöffnungen. 8. Erlangen 1815. pag. 122—132.

4) In: Tübinger Blätter für Naturwissenschaft und Arzneykunde. Herausgegeben von Autenrieth und Bohnenberger. Bd. III. pag. 119. et 244. (vide Zeller in Webers Sammlung mediz.-prakt. Diss. Stück. II. pag. 127.)

5) Diss. Considérations médico-légales sur les érosions et perforations de l'éstomac. à Paris. Iterum recus. in: Médecine légale: ou considerations sur l'infanticide; sur la maniére et procéder à l'ouverture des cadavres, spécialement dans les cas des visites judi-

enarrat, quos illi Prof. Chaussier communicavit. Hos iterum refert Cruveilhier [1]).

G. F. Zeller [2]) tres casus gastromalaciae infantum enarrat, quorum unum Cel. Jaegeri frater communicavit.

G. H. Mafs [3]) dissertationem de nostro themate edidit.

Pégalas [4]) semel gastropathiam infantum observavit.

Gérard [5]) unum gastromalaciae in infante observatae casum refert.

---

ciaires; sur les érosions et perforations spontanées de l'éstomac etc. par M. M. Lecieux, Renard, Laisnè, et Rieux, Doct. en Med. 8. à Paris 1819. pag. 135—226. (vide: Beyträge zur gerichtlichen Arzneykunde. Von J. Bernt. III. Bd. 8. Wien 1820. pag. 233—235) germanice in: Neue Sammlung auserles. Abhandl. z. Gebr. pr. Aerzte. 8. Leipzig. Bd. IV, Stück 4.

1) Uebers. v. C. Vogel pag. 59—62. etiam in: Dictionaire des sciences médicales. Tom. XL. 8. Paris 1819. pag. 329. 330.

2) Diss. de natura morbi ventriculum infantum perforantis, def. Tubingae 1818. germanice in: Sammlung medizinisch-prakt. Dissertationen von Tübingen. In Uebersetzung herausgegeben von J. S. Weber. Stück II. 8. Tübingen 1820. pag. 98—140.

3) Diss. inaug. med. de dissolutione membranarum ventriculi. Halae 1820.

4) In: Nouveaux Journal de Médecine. Tom. VII. (vide: Cruveilhier übers. v. C. Vogel pag. 63.)

5) Perforations spontanées de l'éstomac (vide: Cruveilhier l. c. pag. 65.)

Deruelles [1]) alterum gastropathiae, alterum gastromalaciae casum narrat.

Bernt [2]) quater emollitum ventriculum in infantibus reperit.

J. Cruveilhier [3]) monographiam de gastropathia infantum publicavit, multis propriis aliorumque gallorum (ut: Balme, Laisné, Pégalas, Gérard, Deruelles) observationibus innixam.

F. Rhades [4]) tres gastropathiae infantum casus communicat.

---

[1]) In: Journal universel des sciences médicales. Août 1820. pag. 243. (vide: Cruveilhier l. c. pag. 64—69.)

[2]) Unum casum refert in: Beyträge zur gerichtlichen Arzneykunde. III. Bd. 8. Wien 1820. pag. 56. 57.
Tres alios casus in ejusd. operis Tom. IV. 8. Wien 1821. pag. 47. pag. 68. pag. 127.

[3]) Maladie gastro-intestinale ou gastrite et énterite avec désorganisation gelatiniforme des enfans; in opere: Médecine pratique, éclairée par l'anatomie et la physiologie pathologiques. I. Cah. 8. à Paris 1821. pag. 50—168. germanice in: Neue Sammlung auserles. Abh. zum Gebr. prakt. Aerzte. Bd. VI. Stück 2. 8. Leipzig 1822.; alia versio: J. Cruveilhier über die gallertartige Erweichung des Magens und der Gedärme. A. d. Franz. übers. u. m. einigen Anmerk. versehen v. C. Vogel. 8. Liegnitz 1823. pag. 1—102. (hujus recensionem vide in: Rust's krit. Repertor. f. d. ges. Heilk. II. Bd. 8. Berlin 1823. pag. 305—317.)

[4]) Drey Fälle von Magenerweichung bey Kindern. Von Dr. F. Rhades; in: Archiv. f. medizin. Erfahrung. Herausgegeben von Horn, Nasse, Henke und Wagner. 8. Berlin. Jahrgang 1822. September, October. pag. 226—255.

F. G. Goedecke [1]) casum unum gastropathiae infantum in policlinico berolinensi observatum edidit.

M. Wittmann [2]) saepius gastromalaciam infantum vidit.

Praeter hos observatores de gastropathia aut gastromalacia infantum scripserunt:

J. Feiler [3]) in proprio capite;

A. G. Richter [4]) in propria sectione tractatus de vomitu;

J. F. Meckel [5]) in capite de cohaesione abnormiter imminuta;

F. G. Pohl [6]), qui de materia nostra succinctum conscripsit tractatum;

---

[1]) Diss. inaug. med. de Dissolutione Ventriculi sive de Digestione quam dicunt ventriculi post mortem. 8. Berolini 1822. (vide: Bibliothek der prakt. Heilk. Herausgegeben von Hufeland u. Osann. 8. Berl. 1824. 4tes Stück. April. pag. 222—224.)

[2]) Beobachtung von öfter vorkommenden Brandflecken im Magen kleiner Kinder, sammt Anmerkungen hierzu von L. v. Vest. in: Mediz. Jahrbücher des k. k. österr. Staats. Neue Folge. I. Bd. 4. Stück. 8. Wien 1823. pag. 531—539.

[3]) Paediatrik, oder Anleitung zur Erkennung und Heilung der Kinderkrankheiten. 8. Sulzbach 1814. pag. 193. 194.

[4]) Die specielle Therapie, herausgegeben v. G. A. Richter. IV. Bd. 8. Wien 1817. pag. 61.

[5]) Handbuch der pathologischen Anatomie. II. Bd. 2. Abtheil. 8. Leipzig 1818. pag. 10—13.

Etiam: Handbuch der menschlichen Anatomie. IV. Bd. 8. Halle 1820. pag. 325.

[6]) Diss. inaug. med. sistens Collectanea quaedam de ga-

M. ab Lenhossék [1]; Dr. Rauch [2]; Chr. Fr. Harlefs [3]).

Transitorie tantum mentionem faciunt: A. F. Hecker [4]), A. Henke [5]), F. G. Voigtel [6]), A. W. Otto [7]), Fr. ab Hildenbrand [8]).

---

stritidis morborumque, qui eam sequuntur, pathologia. 4. Lipsiae. 1822. Cap. II. pag. 25—37.

1) Einige Bemerkungen über die Erweichungen des Magens, in: Beobachtungen und Abhandlungen aus dem Gebiete der gesammten praktischen Heilkunde, von österreichischen Aerzten. III. Bd. 8. Wien 1823. pag. 339—352.

2) In: Vermischte Abhandl. aus dem Gebiete der Heilk. von einer Gesellschaft praktischer Aerzte zu St. Petersburg. II. Sammlung. 8. St. Petersburg 1823. pag. 172—174.

3) Handbuch der ärztlichen Klinik. II. Bd. 1. Hälfte. 8. Coblenz 1824. pag. 580—582.

4) Kunst, die Krankheiten der Menschen zu heilen. 5te Aufl. von Bernhardi. I. B. 8. Erfurt. 1818. pag. 549. 353.

5) De inflammationibus internis infantum Commentatio. 4. Erlangae 1817. pag. 10.

Handbuch zur Erkenntnifs u. Heilung der Kinderkrankheiten. 8. Frankf. a. M. 2te Aufl. 1818. II. Bd. pag. 10. — 3te Aufl. 1821. Bd. II. pag. 10. 11.

6) Handbuch der pathologischen Anatomie. II. Bd. 8. Halle 1804. pag. 468—469.

7) Handbuch der pathologischen Anatomie. 8. Breslau 1814. pag. 263.

8) Val. ab Hildenbrand institutiones practico-medicae. Edid. filius Fr. ab Hildenbrand. Tom. III. 8. Viennae Austriae 1822. pag. 298.

§. 6.

Gastropathiae et Gastromalaciae infantum frequentia.

Gastropathiam et gastromalaciam infantum non adeo raram esse, ut adhuc recentissime Harleſs [1]) affirmat, auctorum experientia demonstrat. Jam Armstrong [2]) suspicatur, statum hunc frequentius occurrere, quam vulgo creditur. Jaeger [3]) sexdecim casus gastromalaciae infantum observavit, quorum ultra dimidium gastropathia laborarunt; ejus frater Dr. G. Jaeger quoque aliquoties illam observavit [4]). Jaegeri criticus [5]) aliquoties gastromalaciam a se visam refert, quamquam illam durante vita non cognovisset. Fleischmann [6]) quater gastropathiam, J. F. Meckel [7]) ter gastromalaciam vidit.

Bernt [8]) curriculo sex annorum quinquies gastromalaciam observavit.

Wittmann [9]) affirmat, se quovis anno 3—5 infantum cadavera dissecantem semel, imo bis gastromalaciam observasse.

Cruveilhier [10]) curriculo quatuor annorum prae-

---

[1]) L. c. pag. 582.

[2]) Uebers. von Schäffer. 1786. pag. 59.

[3]) L. c.

[4]) Hufelands Journal. Bd. 36. Stück 1. pag. 43. Zeller in Webers Samml. l. c. pag. 125.

[5]) In: Mediz.-chir. Zeit. 1812. Bd. II. N. 42. pag. 243.

[6]) L. c.

[7]) Handbuch der pathol. Anatomie l. c. pag. 12.

[8]) Beyträge zur gerichtl. Arzneyk. Bd. IV. pag. 127.

[9]) L. c. pag. 531.

[10]) L. c.

ter 11 gastropathiae casus, quos non persanavit, adhuc sex sanatae casus numeravit.

Criticus versionis germanicae monographiae Cruveilhieri [1]) etiam aliquot casuum gastropathiae et gastromalaciae, quos observavit, meminit.

Ego annis 1821 et 1822 cum Cel. D. Dworžak 43 infantum cadavera dissecui, quorum 20 pueri, 23 puellae; et in 4 pueris atque 5 puellis gastromalaciam observavi: horum infantum 5 gastropathia exstincti.

Vix itaque error obrepet, si affirmaverim, in infantum (qui in censu mortuorum dentitione difficili, convulsionibus, diarrhoeis etc. abrepti enumerantur) cadavere quinto aut sexto gastromalaciam absque dubio repertum iri, horumque alterum semper gastropathia laborasse.

Causa autem, quod pauci adeo medici gastropathiam et gastromalaciam infantum observassent, non in defectu attentionis in observando (cum hucusque diagnosis gastropathiae alioquin adhuc obscurior), sed in eo potissimum haerere mihi videtur:

a) quod pauci adeo medici cadavera defunctorum, pauciores adhuc cadavera infantum dissecent, cujus opinionis etiam est L. a. Vest [2]);

b) quod sub minus accurata investigatione gastromalacia, quando nempe non eum attigerit gradum, ut ruptis ventriculi membranis contenta hujus in cavum peritonaei effusa cernantur, saepius praeterviderі possit [3]).

---

[1]) In: Rust's krit. Repertor. Bd. II.

[2]) L. c. pag. 533.

[3]) Rust's krit. Repert. Bd. II. pag. 307.

Sectio prima.
Pathologica.

Caput I. Nosographia.

A. Symptomata et Decursus Gastropathiae infantum.

In enumerandis gastropathiae infantum symptomatibus, ut in quolibet alio morbo, morbus simplex a morbo complicato est distinguendus.

1. Morbus simplex.

Occurrit gastropathia sub duplici forma, alia acutiore, alia lentiore. Jam cel. Jaeger [1]) de hocce discrimine monuit, sed assumsit adhuc formam inter acutam et lentam intermediam, cujus distinctionem autem superfluam censeo, cum bene cum lenta conjungi possit, a qua solummodo duratione periodi primae differt.

a) Forma acuta.

Plerumque absque ullis prodromis [2]), aut praegressa per aliquot dies morositate [3]), ciborumique qua-

---

[1]) L. c. Bd. 32. pag. 8—12.

[2]) Jaeger l. c. Bd. 32. Stück 5. pag. 8.

[3]) Obs. II.

dam aversatione [1]), in aliis tussi catarrhosae simili [2]), infantes repente morbo corripiuntur.

Appetitus subito prosternitur, lingua perrubra [3]), interdum aphthis obsita [4]), calent manus, aut calor [5]) cum frigore alternat [6]); pulsus frequentia augetur [7]); nonnunquam tussis observatur [8]). Sitis vix sedanda aegros cruciat [9]); alvus interdum obstipata [10]), plerumque autem diarrhoica cum dejectionibus serosis, viridescentibus [11]), et saepe vomitus per omnia assumta statim de novo excitandus [12]) sese adsociant; interdum diarrhoea et vomitus observatur [13]). Aegri inquieti continuo clamant [14]), ac si doloribus excrucia-

---

1) Fleischmann l. c. pag. 122. b. — Obs. II.

2) Rhades l. c. pag. 227.

3) Pohl l. c. pag. 26.

4) Armstrong cas. 3. — Pohl l. c. pag. 26.

5) Fleischmann pag. 122. b.

6) Fleischmann pag. 123. c.

7) Armstrong cas. 3. — Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 9. Bd. 36. pag. 19. 22.

8) Jaeger l. c. Bd. 36. pag. 18.

9) P. de Wind l. c. — Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 9. — Fleischmann pag. 122. b. pag. 123. c.

10) Jaeger l. c. Bd. 36. pag. 18. — Fleischmann pag. 122. b.

11) Armstrong cas. 1. 2. 3. — Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 22. — Fleischmann pag. 123. c. — Rhades. l. c. pag. 239. — Obs. II.

12) Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Fleischmann pag. 122. a. b. pag. 123. c.

13) Jaeger Bd. 36. pag. 23. 24. — Rhades l. c. pag. 239.

14) Jaeger l. c. — Fleischmann pag. 123. c.

rentur [1]), femoraque ad abdomen attrahunt [2]), abdomine tamen sub attactu frequenter indolente [3]). Facies mox pallida fit et collapsa [4]), interdum pro momento iterum magis calet et rubet [5]). Oculi profundius siti comparent et distorquentur, clamores in gemitus et anhelationes mutantur [6]), et infantes quieti, quasi soporosi, dorso incumbunt [7]).

Nisi jam ab initio adfuerit accedit nunc vomitus vehemens [8]), qui tamen interdum abesse observabatur [9]); diarrhoea pro momento aliquo quidquam sedatur [10]); cutis frigere imprimis ad extremitates incipit [11]); respiratio interdum fit brevis, laboriosa, an-

---

1) Jaeger l. c. — Fleischmann pag. 122. a. b.

2) Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 18.

3) Jaeger Bd. 32. pag. 10. — Bd. 36. pag. 19. 25. — Rhades l. c. pag. 231. 240.

4) Armstrong cas. 1. — Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 19.

5) Jaeger Bd. 32. pag. 10. — Bd. 36. pag. 19. — Rhades l. c. pag. 250.

6) Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 22. 32. — Fleischmann p. 122. b. 123. c.

7) Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 19. — Rhades l. c. pag. 250.

8) P. de Wind l. c. — Jaeger Bd. 32. pag. 9. — Bd. 36. pag. 19. — Fleischmann pag. 123. c. — Rhades l. c. pag. 239.

9) Rhades l. c. pag. 231. — Deruelles apud Cruveilhier l. c. pag. 64. 65. — Obs. II.

10) Armstrong cas. 3. — Jaeger Bd. 32. pag. 10. — Rhades l. c. pag. 239. — Obs. II.

11) Armstrong cas. 1. 2. — P. de Wind l. c. — Jaeger Bd.

hielosa [1]), infantes summam experiuntur anxietatem [2]); pulsus fit parvus, inaequalis, frequentissimus [3]), nonnunquam intermittens [4]); labia pallent [5]); abdomen interdum intumescit [6]), et aegri aut quieti moriuntur [7]), aut convulsiones tristem claudunt scenam [8]). —

Durat haec forma duos, tres, quatuorve, rarius sex aut octo dies. —

Ad hanc formam refero Jaegeri formam acutam [9]) et serius ab illo communicatas observationes tres [10]), Fleischmanni casus tres priores [11]), casus ab Armstrong et P. de Wind narratos, casus duos a Rhades [12]), unum a Bernt [13]), unum a Deruelles [14]) adductos, Observationem meam II. etc.

---

32. pag. 9. — B. 36. pag. 19. — Fleischmann pag. 122. b. 123. c. — Rhades pag. 231.

1) Jaeger Bd. 36. pag. 19. — Rhades pag. 231.

2) Pohl l. c. pag. 26.

3) Jaeger l. c. — Rhades pag. 231.

4) Jaeger Bd. 32. pag. 10. — Bd. 36. pag. 19.

5) Jaeger Bd. 36. pag. 24.

6) P. de Wind l. c. — Jaeger l. c.

7) P. de Wind l. c. — Jaeger Bd. 32. pag. 10. — Bd. 36. pag. 20. — Fleischmann pag. 123. c.

8) Fleischmann pag. 122. a. b. — Rhades pag. 233. — Obs. II.

9) Bd. 32. Stück 5. pag. 8—10.

10) L. c. Bd. 36. Stück 1. cas. 1. pag. 18. — cas. 2. pag. 22. — cas. 3. pag. 25.

11) L. c. pag. 122. a. b. 123. c.

12) L. c. cas. 1. pag. 226. — cas. 2. pag. 238.

13) L. c. Bd. IV. pag. 68.

14) Apud Cruveilhier übers. von C. Vogel. cas. 22. pag. 64.

b) *Forma lenta.*

Praecedunt in periodo prima per decem, quatuordecim dies, imo per plures hebdomades [1]) appetitus quaedam imminutio [2]), morositas, moestitia [3]); diarrhoea cum dejectionibus alvinis virescentibus mucoso-serosis [4]), aut faecibus vini similibus [5]), fluidis; interdum febris simul observatur [6]), manus calent [7]); saepius nulla febris [8]); aegri emaciantur [9]) facie pallescente [10]). Interdum jam in hac periodo per vices ingruit vomitus [11]), interdum sola vomituritio [12]); interdum abdomen quidquam tensum [13]), tumidum [14]), sub attactu sensibilius et dolens [15]), aut dolores colici

---

[1]) Jaeger Bd. 32. pag. 11. — Cruveilhier l. c. pag. 77.

[2]) Balme l. c. — Jaeger Bd. 32. pag. 11. — Cruveilhier pag. 76.

[3]) Balme l. c.

[4]) Jaeger l. c. pag. 11. — Rhades pag. 241. — Goedecke l. c. — Cruveilhier l. c. — Obs. III. V.

[5]) Jaeger l. c. pag. 11.

[6]) Jaeger ibid. — Rhades pag. 241. — Obs. III.

[7]) Jaeger ibid.

[8]) Cruveilhier l. c.

[9]) Jaeger l. c. — Rhades l. c. — Cruveilhier l. c. — Obs. V.

[10]) Cruveilhier l. c. — Obs. V.

[11]) F. in Hufelands Journal l. c. pag. 29. 30. — Jaeger l. c. — Rhades l. c.

[12]) Fleischmann pag. 124. d.

[13]) Jaeger l. c.

[14]) Obs. V.

[15]) Jaeger l. c. — Goedecke l. c.

per vices recurrunt [1]. — Diarrhoea increscente infantes adhuc lactati continuo mammas adpetunt, cibos adamatos respuunt, morosi fiunt, siti cruciantur [2]. Emaciatio increscit, cutis circa collum corrugatur, et facies peculiarem induit habitum, morbum abdominalem prodentem [3]. Saepius simul observatur tussicula non frequens [4], brevis, sicca [5], quae nonnunquam vomituritionem et vomitum comites habet [6]. Balme in hac periodo proclivitatem in somnum [7], Fleischmann leves convulsiones et alvi obstipationem [8], alii oedema pedum observarunt [9].

In periodo altera plerumque duos, tres, quatuorve, raro octo [10] imo quatuordecim [11] dies durante, symptomata plurima formae acutae observantur. Repente vomitus etiam absque tussi exoritur [12], frequenter effraenis [13] materiei plerumque aut mucosae, aut

---

1) Balme l. c. — F. in Hufelands Journal l. c. pag. 51. — Cruveilhier l. c.

2) Cruveilhier l. c. — Obs. III.

3) Cruveilhier l. c.

4) Jaeger l. c. — Rhades l. c.

5) Jaeger l. c. — Cruveilhier l. c. — Obs. III. V. VIII.

6) Jaeger l. c.

7) L. c.

8) L. c. pag. 124. d.

9) Cruveilhier pag. 53. — Obs. III.

10) Fleischmann pag. 124. d.

11) Cruveilhier pag. 77.

12) Jaeger l. c. pag. 12. — Fleischmann l. c. — Goedecke l. c. — Cruveilhier l. c.

13) Rhades pag. 242. — Cruveilhier l. c.

virescentis [1]; attamen et hic abesse observabatur [2]; sitis ingens aegros excruciat [3]; vires prosternuntur [4]; facies collabitur [5], pallet [6]; oculorum semiclausorum pupilla est sursum posita, interdum palpebrae apertae immobiles patent; stridor dentium [7]; pulsus aut normali frequentior [8], aut tardus et debilis [9]; cutis calet [10], interdum jam uno aut duobus ante mortem diebus insigniter friget [11]; lingua muco albo nonnunquam tecta [12]; abdomen molle indolens [13], aut tumidum tensum [14]; alvus aut diarrhoica cum dejectionibus copiosis, foetentibus, viridibus [15], aut diarrhoica cum obstipata alternans [16]; emaciatio augetur [17]. Aegri inquieti clamores edunt [18], aut soporosi jacent,

---

1) Cruveilhier l. c.

2) Obs. III. V. VIII.

3) Cruveilhier l. c. — Obs. III.

4) Jaeger l. c. — Goedecke l. c.

5) Jaeger l. c. — Cruveilhier pag. 4. — Obs. VIII.

6) Balme l. c. — Cruveilhier pag. 4.

7) Cruveilhier pag. 78.

8) F. in Hufelands Journal l. c. pag. 32. — Rhades l. c.

9) Balme l. c. — F. l. c.

10) F. l. c. — Rhades l. c.

11) Jaeger l. c. — Cruveilhier pag. 77. 78.

12) Balme l. c.

13) Balme l. c.

14) F. l. c.

15) Cruveilhier pag. 77. — Obs. III. V. VIII.

16) Rhades l. c.

17) Rhades l. c.

18) Jaeger l. c. — Cruveilhier l. c. — Obs. VIII.

ex quo sopore sponte saepe ejulationibus aut convulsionibus interrupto facile excitandi [1]. — Demum plenaria ingruente debilitate [2], summaque virium prostratione [3], anhelationes et gemitus [4], levesque [5] imo interdum vehementes [6] observantur convulsiones; pulsus fit valde debilis [7], vix perceptibilis [8], inaequalis, tardus; extremitates frigent [9] et infantes summe emaciati [10] aut quieti [11] aut sub convulsionibus [12] moriuntur, functionibus mentis semper illaesis [13]. —

Ad hanc formam refero Jaegeri formam secundam et tertiam [14], quae solum duratione periodus primae differunt, Fleischmanni casum quartum [15], casus quos narrant Balme [16], F. [17], Pégalas [18], Goede-

---

1) Cruveilhier l. c.

2) Jaeger l. c. — Obs. III. V.

3) Balme l. c. — F. in Hufelands Journal l. c. — Jaeger l. c. — Obs. III. VIII.

4) Jaeger l. c. — Fleischmann l. c.

5) Jaeger l. c.

6) Fleischmann l. c.

7) Balme l. c. — Rhades pag. 242. — Obs. III.

8) Jaeger l. c. — Obs. III.

9) Cruveilhier pag. 77.

10) Jaeger l. c. — Cruveilhier pag. 78.

11) Rhades l. c. — Goedecke l. c. — Cruveilhier l. c.

12) Balme l. c. — F. in Hufelands Journal l. c. pag. 53. — Fleischmann l. c.

13) Cruveilhier pag. 77. 91.

14) L. c. Bd. 32. Stück 5. pag. 10 — 12.

15) L. c. pag. 124. d.

16) L. c.

17) In: Hufel. Journ. B. 22. Stück 2. Berl. 1805. p. 28 — 35.

18) Apud Cruveilhier übers. v. C. Vogel. cas. 21. pag. 65.

cke [1]), Rhades tertium [2]), Observationes meas III. V. VIII., et plurimas a Cruveilhier enarratas observationes [3]), qui hanc solum formam observasse mihi videtur.

In cadaveribus gastropathia simplici defunctorum semper invenitur gastromalacia in sequentibus fusius describenda, et frequenter praeter hanc nil aliud morbosum [4]).

2. Morbus complicatus.

Quemadmodum plurimi morbi non simplices et genuini in aegris occurrunt, ita et gastropathia non raro cum aliis morborum formis complicata observabatur, qua complicatione ejus decursus et symptomata aliquantum mutantur.

Gastropathiae cum variolis insitis complicationem in puella quatuor annos nata jam Westring [5]) observavit. Puella erat bene nutrita, hilaris, antea sana, appetitu magno gaudens. Quarta ab insitione die rubor ad brachia comparebat, et sequenti die nausea et vomitus. Sexta die febris comparebat postquam aegra in aëre libero obambulasset. Sequenti die variolae erum-

---

[1]) L. c.

[2]) L. c. pag. 241—243.

[3]) L. c. cas. 1. pag. 4. — cas. 2. pag. 5. — cas. 3. pag. 10. — cas. 4. pag. 14. — cas. 5. pag. 24. — cas. 15. pag. 52. — cas. 11. pag. 45. — cas. 14. pag. 50.

[4]) Armstrong. — Balme l. c. — Jaeger l. c. Bd. 32. Stück 5. pag. 12.

[5]) L. c.

pebant cum rubore erysipelatoso femorum et crurum. Octava die in tota corporis superficie variolae, quae planae erant, confluebant; febris continuabat, aegraque interdum vomitu vexabatur. Decima die aegrae vires valde prosternebantur, variolae pallidae et complanatae erant, pulsusque debilis. Duodecima die adhuc nulla maturationis vestigia. Denuo vomitus aegram vexabat, alvus enemate sollicitata valde foetebat, aegra semper magis magisque angebatur et flebat. Decima quarta die vomitus iterum recurrebat cum impotentia deglutiendi. Aegra frigebat atque languebat, sequenti die pulsus evanuit, et sub vehementibus convulsionibus et inani vomendi conatu animam exspiravit. — Morbus ab insitione variolarum 15 dies duravit.

Gastropathiae cum erysipelate neonatorum complicationem vidit Th. Walsham [1]). In puella tertia post partum die in cute erumpebant pustulae in abscessus abeuntes, qui in ambitu erysipelate cingebantur, quod ulterius ulteriusque proserpebat; cum quadam respirationis difficultate observabatur infantis indifferentia et pulsus parvus vix perceptibilis. Nondum finita tertia morbi hebdomade accessit alvus diarrhoica, mucosa; facies anxietatem exprimens pallebat, aegra saepius ingemuit, ac si doloribus excruciaretur; diarrhoea frequentiori, alvo serosa, virescente, aegra omnia nutrimenta porrecta aversabatur; somnus fere nullus. Saepius aegra ingemuit atque ejulabat, respiratio erat citata, omnia et nutrimenta et medicamina respuebat, abdomen tumidum tensum erat, et diarrhoea continuabat. Accessit ultima ante mortem die vomitus ma-

---

[1]) Apud Reddelien l. c. pag. 53—60.

terici mucosae viridis, qui ab omnibus assumtis denuo excitabatur, et aegra exhausta tandem mortua est. — Duravit morbus per 4 hebdomades.

Gastropathiam cum scarlatina complicatam observavit J. Cruveilhier [1]) in puella 17 mensium, quae, postquam per octo dies diarrhoea laboraverat, scarlatina cum vomitu incipiente correpta est. Diarrhoea continuante exanthema regulariter comparuit. Subsecuta est soporositas, auxietas, pulsus parvus, frequens, vomituritio, abdomen meteoriticum, quod post aliquot dejectiones alvinas indolens erat, minusque tumidum. Post tres dies respiratio citata, stertorosa; pulsus vix perceptibilis; alvus frequens viridis; abdomen iterum magis tumidum, sitis ingens. Sexta ab exanthematis eruptione die aegra mortua.

Complicationem gastropathiae cum dysenteria epidemica et hydrope ventriculorum cerebri vidit Jaeger [2]) in puella 18 mensium. Incepit morbus febre valida; vomituritionibus et vomitu; dejectionibus alvinis cruentis; dolore in abdomine et tenesmo modicis. Inquietudo, clamores; facies mox pallet, mox rubet, manus interdum frigent. Emeticum vomituritiones imminuerat, etiam diarrhoea quidquam conticuit, febre autem persistente. Quinta die accessere motus convulsivi oculorum et saepius sopor. Sequenti die extremitates frigebant, per vices subitaneus sudor erumpebat, dejectiones alvinae cruentae iterum frequentiores. Septima die status melior videbatur, cum aegra hilarior esset, et per alvum mucus

---

[1]) L. c. cas. 6. pag. 28. 29.

[2]) L. c. Bd. 36. Stück 1. cas. 4. pag. 30—36.

absque sanguine excernebatur: sed febris potius aucta et sub somno oculi convulsive rotabantur. Sequenti octava die sopor perfectus accessit, ex quo tantum pro momento evigilabat, plerumque aut gemuit aut quieta fuit, extremitates interdum convulsive agitabantur. Pulsus non numerandus, cutis mox ardet, mox friget, vomituritiones denuo ingruunt, et aegra, quae deglutire nequibat, assumta mox iterum regurgitabat. Initio nonae diei morte abrepta.

Gastropathiae cum inflammatione abdominali complicationem sistit Observatio mea VI.

Gastropathiae cum febre intermittente complicatae plures casus refert Cruveilhier [1]). Febris varium typum tenuit, quotidianum et quartanum, in uno casu paroxysmus vomitu incepit, in aliis vomitus defuit. — Memorandum, quod haec febris semper simul cessaverit, gastropathiae solum in therapia ratione habita.

Cum helminthiasi complicatam gastropathiam quoque Cruveilhier semel vidit [2]). Aegra sub morbi decursu magnam vermium copiam, plerumque vomitu, rejecit.

In cadaveribus infantum gastropathia complicata demortuorum praeter gastromalaciam semper praesentem adhuc varii aliorum organorum status pathologici inveniebantur, quos de cadaverum sectione agens enumerabo.

---

[1]) L. c. cas. 9. pag. 40. — cas. 12. 13. pag. 48. 49.
[2]) L. c. cas. 7. pag. 33.

B. Gastromalacia infantum absque Gastropathia.

Non raro in infantum cadaveribus invenitur gastromalacia, quin ullum morbi praegressi symptoma de hacce metamorphosi suspicionem movisset. Monuit hoc jam Jaeger [1], confirmarunt id plures post illum observationes. Cruveilhier hanc morborum aliorum cum gastromalacia complicationem magni momenti esse in citum fatalem illorum morborum exitum affirmat [2].

Jaeger, qui solummodo in infantibus hydrope ventriculorum cerebri demortuis hanc gastromalaciam invenerat, peculiarem inter hanc et illum relationem suspicatur [3]. Quamquam ipse fateatur, se pluries hydropem ventriculorum cerebri absque gastromalacia invenisse [4], tamen serius asserit: ubicunque absque distincto morbi praegressi symptomate post mortem gastromalaciam invenerit, ibi semper encephali affectionem conjunctam fuisse [5]. Etiam L. a. Vest [6] opinatur, gastromalaciam forsan sub symptomatibus affecti encephali apparere. Ejusdem opinionis est M. ab Lenhofsék [7].

Jaeger hanc gastromalaciae absque gastrpoathia comparitionem explicat putans: Symptomata, ex quibus affectionem ventriculi cognoscimus, obscura fieri

---

[1]) L. c. Bd. 32. Stk. 5. pag. 17. 18.

[2]) L. c. pag. 72.

[3]) L. c. Bd. 32. pag. 19.—Bd. 36. pag. 42. 43.

[4]) L. c. Bd. 32. pag. 19.

[5]) L. c. Bd. 36. pag. 42.

[6]) L. c. pag. 536.

[7]) L. c. pag. 344 – 346. pag. 551. 552.

aut penitus supprimi et deleri, quando fons perceptionis immediate afficitur, uti in idiopathicis cerebri affectionibus fit [1]).

Zeller [2]) distinguit inter hydrocephalum acutum statim ab initio magis cum paralysi incedentem, ubi serum in cerebri ventriculis invenitur: et illum sub initio magis phlogosi stipatum, ubi lympha et serum rubellum aut sanguis ipse in cerebri superficie et intra meninges reperitur, vacuis saepe ventriculis lateralibus. Cum hac altera magis inflammatoria specie praecipue gastromalaciam inveniri affirmat; sed oppugnant observationes aliorum.

Inventa autem est gastromalacia in infantibus variis morbis exstinctis, ut:

post encephalitidem [3]);

cum hydrope ventriculorum cerebri [4]), et quidem frequenter;

cum hydrope ventriculorum cerebri et miliaribus [5]);

cum hydrope ventriculorum cerebri et peripneumonia [6]);

in infantibus pleuroperipneumonia mortuis [7]);

---

1) L. c. Bd. 32. pag. 22.

2) L. c. pag. 131.

3) Gérard, vide: Cruveilhier übers. v. Vogel pag. 65. — Zeller l. c. pag. 125. pag. 128.

4) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 18. tres casus observavit. Bd. 36. pag. 42. 43. iterum duos casus. — Meckel Handb. d. path. Anat. l. c. p. 12. ter vidit.

5) Zeller l. c. pag. 100.

6) Jaeger l. c. Bd. 36. pag. 36 — 41. cas. 5. — et p. 42.

7) Laisné apud Cruveilhier l. c. cas. 19. pag. 61. — Obs. I. VII. IX.

cum phthisi pulmonali verosimiliter ex peripneumonia [1];

cum angina membranacea Recamier semel vidit [2];

cum erysipelate neonatorum Walsham [3];

cum morbillis Deruelles [4];

post tussim convulsivam [5];

post tetanum Laisné [6];

in puella atrophia mesenterica et anasarca demortua Burns [7];

in puero scrofuloso post ambustionem mortuo Bernt [8];

in infantibus antea sanis mane mortuis repertis [9].

C. Terminationes Gastropathiae.

Experientia hucusque duplicem tantum morbi hujus terminationem cognovimus; alteram in mortem, alteram in sanitatem.

In mortem frequenter terminatur sub symptomatum aut nulla remissione aut augmento, virium summa prostratione, facie hippocratica, accedentibus saepe convulsionibus, quae adeo frequenter infantum vitam finiunt.

---

1) Obs. IV.

2) Vide: Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde v. Froriep. Nr. 95.

3) Apud Reddelien l. c. cas. 2. pag. 60 — 65.

4) Apud Cruveilhier l. c. cas 23. pag. 66.

5) E. in Rusts krit. Repert. Bd. II. pag. 308.

6) Apud Cruveilhier l. c. cas. 18. pag. 59. 60.

7) Vide: Gött. Gel. Anz. l. c. pag. 429.

8) L. c. Bd IV. pag. 127.

9) Bernt l. c. Bd. III. pag. 56. — E. in Rusts krit. Repertor. Bd. II. pag. 309.

In sanitatem rarius terminatur sub symptomatum remissione aut decremento, febris mitigatione, virium augmento, insequente reconvalescentia lenta [1].

Ratio harum terminationum inter se ex observationibus publicatis haec fere est, ut ex septem vel octo infantibus gastropathia correptis vix unus servetur.

D. Cadaverum sectiones.

Metamorphosis gastromalaciam constituens in ventriculo locum habet, hinc haec primo loco et fusius est describenda.

Ventriculus frequenter aëre [2] (interdum in amplam molem) [3] aut aëre et contentis fluidis [4] aut solis contentis fluidis [5] modice expansus.

Pars affecta plerumque est ventriculi fundus [6], imprimis ubi splen adjacet [7] et vicina pars parietis anterioris et posterioris [8]; frequenter totus fundus (portio cardiaca Homii) hac metamorphosi correptus [9].

---

1) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 29. — Cruveilhier l. c. pag. 38. pag. 42.

2) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 15. — Bd. 36. pag. 23. 26. 40. — P. de Wind l. c. — Fleischmann pag. 125. c. — Goedecke l. c. — Obs. VI.

3) Obs. I. IX.

4) Obs. II. VII.

5) Armstrong cas 2. — Walsham apud. Reddelien pag. 59. — Cruveilhier l. c. pag. 17. — Obs. III. V.

6) Rhades l. c. pag. 236. 243. — Wittmann l. c. p. 532. — Cruveilhier l. c. — Obs. VI. VII.

7) Armstrong cas. 3. — Fleischmann pag. 125. — Goedecke l. c. — Obs. II. III. V. VIII.

8) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 12.

9) Jaeger l. c. Bd. 32. p. 14. — Bd. 36. pag. 23. — Fleischmann p. 125. — Goedecke l. c.

In unico casu Jaeger hanc partem firmiorem invenit [1], ter fundum immunem ipse vidi [2]; in fundo quoque prope cardiam [3], etiam prope pylorum [4]) inventa est. In fundo destructio, etiamsi ulterius, nonnunquam usque ad pylorum extendatur, plerumque in maximo gradu contingit. — Praeter fundum simul affecta pars in pariete anteriori proxime ad cardiam [5], et in pariete posteriori [6] visa. Observata autem etiam fuit gastromalacia solum in pariete posteriori [7], interdum in pariete anteriori [8], proxime tamen ad fundum [9].

Interdum sana pars ventriculi per lineam sat distinctam a destructa distinguitur [10], aut totus fundus cinerascit [11].

Color in plaga affecta aut ex virescenti cinereus [12], aut cinereus [13], aut griseo-ruber [14], pallide ru-

---

1) L. c. Bd. 36. pag. 41.

2) Obs. I. IV. IX.

3) Walsham l. c. — North. l. c.

4) Pohl l. c. pag. 31.

5) Obs. II.

6) Fleischmann pag. 125. — Obs. V.

7) Westring l. c. — Heinze l. c. — Jaeger Bd. 36. p. 40. — Fleischmann p. 122. a. b. 123. c. — Zeller p. 129.

8) Burns l. c. pag. 135. (Vide Gött. Anzeig. pag. 429.) — Jaeger Bd. 36. p. 40.

9) Obs. I. IV. IX.

10) Jaeger Bd. 36. pag. 23. — Cruveilhier l. c. pag. 30.

11) Obs. II.

12) F. in Hufelands Journ. l. c. pag. 34. 35. — Jaeger Bd. 32. pag. 12. — Fleischmann pag. 122. b.

13) Pégalas apud Cruveilhier l. c. pag. 63.

14) Obs. IV.

ber [1]), ex caeruleo ruber [2]), aut fusco-ruber, rufus [3]), semper luridus; nonnunquam color non alienatus [4]).

In gradu leviori plaga affecta comparet instar maculae rotundae unius [5]) vel 2 pollic. [6]) in diametro. Relate ad reliquam ventriculi partem sanam albidam firmam in hac plaga omnes membranae ventriculi sunt integrae, sed sub discissione ope forficis molliores, tenuiores, laxae, minus resistentes, leviori vi lacerandae [7]), flaccidae.

In majori gradu plaga affecta, quarum etiam duas [8]), imo tres [9]) inveni, major minorve irregularis subrotunda, in qua membranae destructae sunt in mollem, gelatinosam, tenuem, pellucidam massam [10]), digitis friabilem [11]). Plerumque membrana mucosa et stratum musculare in hanc massam interdum albo-cineream, ope spongiae detergibilem, mutata, ita ut forma ventriculi solum per membranam a peritonaeo ori-

---

1) Zeller l. c. pag. 129. — Bernt. l. c. IV. p. 47. — Obs. II. V. IX.

2) Goedecke l. c. — Obs. III. V. VIII.

3) Jaeger Bd. 32. pag. 12. — Bernt l. c. III. — Obs. I. VI. VII.

4) Armstrong. — Zeller l. c. pag. 107. 126. — Cruveilhier l. c. pag. 78.

5) Obs. IX.

6) Obs. VII. VIII.

7) Fleischmann p. 122. b. — Obs. VII. VIII. IX.

8) Obs. II.

9) Obs. V.

10) Jaeger Bd. 32. pag. 13. 18. — Obs. I. II. III. IV. V. VI.

11) Obs. II. III. IV. V. VI.

undam servetur [1]); Rhades autem semel ab externis introrsum vergentem destructionem hanc observavit [2]); ego bis affectionem praecipue in strato musculari quasi in pultem rufam dissoluto haerere inveni, tunica mucosa et peritoniali fere immunibus [3]). — In tali plaga affecta membranam mucosam facile separandam [4]) vidi, quod Cruveilhier in tota fundi regione observavit [5]).

In harum plagarum medio ventriculus plerumque levi adhibita vi e. g. sub pressione [6]) aut si illum protrahere velis [7]) foramine rumpitur et contenta effundit. Foraminis hujus margines sunt irregulares [8]), flaccidi, gelatinosi, non resistentes, ita ut foramen continuo majus fiat.

In gradu maximo jam invenitur foramen [9]), cujus margines molles, gelatinosi, aquae innatantes fim-

---

1) Jaeger l. c. et Bd. 56. pag. 23. — Fleischmann 123. c. — Zeller l. c. pag. 126.

2) L. c. pag. 237.

3) Obs. V. VI.

4) Obs. II. VII.

5) L. c. pag. 52.

6) Obs. I.

7) Obs. II. III. IV. V. VI.

8) Obs. I.

9) Balme l. c. — Westring, Heinze — F. in Hufel. Journ. pag. 54. — P. de Wind, North, — Burns (vide Gött. Anz. pag. 429.) — Jaeger Bd. 52. pag. 13. — Fleischmann pag. 122. a. — Zeller l. c. pag. 106. 129. — Rhades l. c. pag. 236. 240. — Bernt l. c. IV. pag. 47. 68. 127. — Laisné apud Cruveilhier l. c. pag. 60. 61. — Pégalas l. c. — Gérard l. c. — Deruelles apud Cruveilhier l. c. pag. 65.

briati, quasi deliquescentes, similes substantiae animali semiputridae aut alcalibus causticis tractatae [1]. Forma et magnitudo foraminis hujus certos atque distinctos fines non habet, manuumque contrectatione utraque mutatur et augetur; modo est ovale, modo oblongum, grossi saxonici magnitudine aut ut tota manus immitti possit [2]. [3] —

A destructo plagarum centro paulatim haec gelatina solidescit, tandem solum villosa transmutata comparet, quae dein etiam normalis fit [4]; ego etiam ambitum plagarum, nequaquam distinctum, in sanam ventriculi partem paulatim abeuntem observavi. — In uno casu villosam usque ad pylorum molliorem et facilius separabilem invenit Jaeger [5], etiam Cruveilhier semel totam reliquam ventriculi mucosam emollitam vidit [6]; interdum tota membrana mucosa in massam gelatinosam mutata fuit, integris reliquis [7].

---

1) Meckel path. Anat. l. c. pag. 11.

2) Pohl l. c. pag. 30. 31.

3) Erronea est Ch. Websteri (vide Baillie l. c. pag. 80. Anmerk. 163.) opinio, rupturam ventriculi dissolutioni praecedere, cum tot casus exstent, in quibus ventriculus gastromalacia valde destructus sub leviori vi demum rumperetur, hinc verosimillimum, etiam in illis casibus, ubi sub sectione ventriculus in quadam plaga emollitus et foramine ruptus comparebat, emollitionem perforationi praeviam fuisse.

4) Jaeger l. c.

5) L. c. Bd. 32. pag. 14.

6) L. c. pag. 17.

7) Pohl l. c. pag. 31.

Plerumque et in plaga affecta et in ejus ambitu nulla observantur signa phlogoseos [1]), quod etiam ego ita vidi, excepto unico cum phlogosi abdominali complicato casu, in quo tota ventriculi mucosa coccineô-rubebat [2]). Interdum tamen emollita plaga aut tota, aut solum in ambitu plus minusve rubro colore erat tincta [3]); P. de Wind [4]) observavit tunicam internam inflammatam, etiam Zeller [5]) partem ventriculi non affectam valde inflammatam fuisse refert; Autenrieth [6]) ventriculo nondum perforato inflammationem vidit; in alio casu in tunica interna caeruleo - rubescente versus cardiam observabantur signa phlogoseos [7]). Jaeger semel sub molli et tumida villosa rubentem nerveam, in alio casu involucrum peritonaei roseo colore tinctum vidit [8]); semel ambitus foraminis exorti profunde rubebat [9]). Saepius strias pallide rubras a plaga affecta per cardiam in oesophagum extensas, et semel in membrana villosa emollita multas vasorum ramificationes observavit Jaeger [10]).

---

[1]) Armstrong cas. 1. — Balme l. c. — F. in Hufelands Journal l. c. pag. 55. — Jaeger l. c. Bd. 32. p. 18. — Bd. 36. p. 21. 41. — Pégalas l. c. — Cruveilhier l. c.

[2]) Obs. VI.

[3]) Burns l. c. p. 132. — Westring l. c. — Jaeger Bd. 36. p. 28. — Fleischmann p. 122. — Wittmann p. 531. — Deruelles l. c. pag. 65.

[4]) L. c.

[5]) L. c. pag. 126.

[6]) Apud Zeller l. c. pag. 127.

[7]) Zeller l. c. pag. 107.

[8]) Jaeger Bd. 32. pag. 14. 15.

[9]) Jaeger ibid. pag. 14.

[10]) Ibid. pag. 15.

Sub injectionibus anatomicis arteriarum talium ventriculorum massa cerea in cavum abdominis effluebat [1]).

Contenta ventriculi erant aut mucus viscido-gelatinosus, semipellucidus, qui obducebat tunicam internam [2]) eique adhaerebat [3]), coloris fusci, subnigri [4]); aut major minorve copia fluidorum ex assumtis medicaminibus et potulentis [5]), aut semifluidus chymus cum residuis ciborum assumtorum [6]) vel frustis lactis coagulati [7]).

Interdum contenta [8]) et membranae ventriculi chartam exploratoriam caeruleam rubro tingebant colore [9]). Aliquoties contenta odorem acidum spargebant [10]), aut membrana musculosa destructa distincte acidum redolebat [11]). — Nunquam percipiebatur odor putridus aut foetidus [12]). — Aliquoties aperto abdomine ex cavo peritonaei adscendebat odor acidus [13]).

---

1) Wittmann l. c. pag. 531.

2) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 15. — Bd. 36. pag. 28.

3) Obs. VI.

4) Pohl l. c. pag. 31.

5) Obs. I. II. III.

6) Obs. V.

7) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 15.

8) Jaeger l. c. — Fleischmann pag. 126. — Rhades l. c. pag. 240.

9) Jaeger l. c. — et Bd. 36. pag. 21. 28. 46.

10) Jaeger Bd. 36. p. 41. — Fleischmann p. 125.

11) Obs. VI.

12) Balme l. c. — F. l. c. — Jaeger Bd. 32. p. 15. — Rhades l. c. — Goedecke l. c.

13) Burns l. c. (vide Gött. Anz. p. 430.) — Zeller l. c. p. 126.

Praeter ventriculum eadem metamorphosis, sed multo rarius et semper fere cum gastromalacia conjuncta [1]), in aliis quoque canalis cibarii locis, et in organis ei adjacentibus inventa est. Jaeger emollitionem vidit in medio oesophagi, cujus emollitae membranae ruptae erant, et similis emollitio et dissolutio mediastinum et pulmones adjacentes corripuerat [2]); in alio casu in oesophagi parte inferiore, mediastino adjacente, pleura et pulmonum velamento, cardia fere normali [3]). Cruveilhier pleuram lobi inferioris pulmonis sinistri emollitam [4]), peritonaeum diaphragma investiens emollitum Jaeger [5]) vidit. Fleischmann initium jejuni et partem mesenterii contiguam hinc inde tali destructione correpta invenit [6]), Cruveilhier in intestinis tenuibus plagam 4—5 pollicum emollitam [7]), Jaeger in ilei fine inferiore [8]) vidit. Cruveilhier intestinum Colon ita affectum observavit [9]), in quo et ego semel emollitionem inveni [10]). — Armstrong praeter ventriculum intestina tenuia emollita observavit [11]).

---

[1]) Jaeger l. c. Bd. 56. Stück 1. p. 46—51. casum narrat, ubi immuni ventriculo metamorphosin in Colo invenerat.

[2]) L. c. Bd. 52. p. 16.

[3]) L. c. Bd. 36. p. 35. 36.

[4]) L. c. p. 26.

[5]) L. c. Bd. 56. p. 35. 41.

[6]) L. c. p. 125. 126.

[7]) L. c. p. 8.

[8]) L. c. Bd. 52. p. 16.

[9]) L. c. p. 15. 16. 30.

[10]) Obs. VI.

[11]) Cas. 1.

Burns autem in 4 casibus totum tubum intestinalem a cardia usque ad recti initium tali modo destructum, in massam pulposam, gelatinosam, pellucentem, sub levi attactu disrumpentem transmutatum vidit [1]).

Contenta e rupto ventriculo effusa pedetentim organorum vicinorum, quae tangunt, dissolutionem producunt [2]). Burns tali modo hepar et abdominis parietes, atque peritonaeum destrui observavit [3]); Jaeger in casu, in quo contenta intra ventriculum et lienem effusa erant, fundo ventriculi contiguam partem diaphragmatis griseo - caeruleam, ejusque involucrum peritonaei pro parte penitus destructum, pro parte adeo emollitum vidit, ut facile a fibris muscularibus colore plumbeo tinctis et maceratis detergi posset; simili modo anterioris parietis abdominis plaga fundo ventriculi adjacens destructa fuit [4]). Laisné peritonaeum diaphragma et lienem [5]), in alio casu diaphragma et hepar investiens destructum, heparque emollitum invenit [6]).

Quae praeterea simul cum emollitione ventriculi in variis organis sub cadaverum sectionibus inventa sunt, ordine anatomico nunc enumerabo.

In capite: Demto cranio plures seri cruenti

---

1) L. c. p. 137. (Gött. Anz. p. 430.)

2) Meckel pathol. Anat. l. c. p. 12.

3) L. c. (vide Gött. Anzeig. p. 430. et Jaeger l. c. Bd. 56. p. 52—59.)

4) Jaeger Bd. 52. pag. 16. 17.

5) Apud Cruveilhier l. c. pag. 60.

6) Ibidem pag. 61. 62.

uncias effluentes vidit Zeller [1]). Vasa meningum saepius erant sanguine turgida [2]), imprimis sinus durae matris [3]), vasaque piae matris [4]). Sub arachnoidea inveniebatur exsudatum seri [5]) aut lymphae pellucidae [6]); Zeller supra arachnoideam effusam lympham vidit [7]).

Substantia cerebri aut mollior [8]), aut solito firmior [9]); Fleischmann imprimis cerebelli substantiam firmiorem [10]), Jaeger strata externa partium basilarium cerebri insolito firma vidit [11]), Rhades [12]) et Zeller [13]) autem medullam oblongatam. — Interdum substantia cerebri multa sanguinea puncta sub sectione ostendebat [14]).

In cerebri ventriculis lateralibus, in quibus exi-

---

[1]) L. c. pag. 126. 130.

[2]) Jaeger Bd. 36. pag. 32. — Zeller pag. 126. — Bernt l. c. IV. p. 68. — Laisné apud Cruveilhier pag. 60. — Richerz l. c.

[3]) Jaeger Bd. 36. pag. 20. 26. 33. — Zeller pag. 106. 130.

[4]) Jaeger Bd. 36. pag. 20. 26. — Fleischmann p. 125. — Zeller pag. 105. 126. 130.

[5]) Deruelles apud Cruveilhier l. c. pag. 61.

[6]) Jaeger Bd. 36. pag. 26. 33. 39. 43.

[7]) L. c. pag. 105.

[8]) Rhades l. c. pag. 240. 243.

[9]) Zeller l. c. pag. 105. 126. 130. — Fleischmann p. 125.

[10]) Fleischmann pag. 125.

[11]) L. c. Bd. 36. pag. 20. 33.

[12]) L. c. pag. 240.

[13]) L. c. pag. 106. 126. 130.

[14]) Zeller pag. 106. 126.

guam seri quantitatem repereram [1]), Jaeger et Zeller notabilem seri effusi quantitatem cum ventriculorum dilatatione observarunt [2]).

Grumum sanguinis nervis opticis et oculomotoriis incumbentem Laisné vidit [3]).

In thorace:

Glandula thymus rubella [4]), in puella 16 dierum [5]), puero 5 mensium [6]) et 9 mensium [7]) adhuc magna, cum in puella 9 mensium [8]) exigua ejus vestigia. Semel circumdata fuit textu celluloso degenerato [9]).

Pleuram haud leviter inflammatam Richerz [10]) vidit, pustulas nonnullas in pleura Walsham [11]) observavit. In cavis pleurae effusum serosum rubellum [12]) aut sanguinolentum [13]), aut solum in pleura sinistra [14]). In pleura dextra materia caseosa obducta effusum seri turbidi Jaeger invenit [15]).

---

[1]) Obs. I.

[2]) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 17. 18. — Bd. 36. pag. 26. 33. 43. — Zeller l. c. pag. 106.

[3]) Apud Cruveilhier l. c. pag. 60.

[4]) Obs. VI.

[5]) Obs. VI.

[6]) Bernt l. c. Bd. III.

[7]) Fleischmann pag. 127. — Obs. I.

[8]) Obs. V.

[9]) Obs. IV.

[10]) L. c.

[11]) L. c. pag. 64.

[12]) Obs. I. IV.

[13]) Jaeger Bd. 36. pag. 35.

[14]) Jaeger Bd. 32. p. 20. — Cruveilhier p. 30.

[15]) Jaeger Bd. 36. p. 39. 40.

Pulmones aut pleurae agglutinati [1]) per lympham exsudatam glutinosam in fila ductilem [2]), aut pleurae et diaphragmati per pseudomembranam accreti [3]), aut simul et inter se concreti [4]). In substantia non abnormes [5]) aut flaccidi [6]); aut intense rosei sanguine turgentes [7]); aut in quadam parte firmiores [8]), sanguine turgentes non crepantes [9]); aut in aqua subsidentes [10]); aut in massam solidam, carnei coloris, in aqua fundum petentem transmutati [11]). Pulmones vehementer in bullulas expansos vidit Richerz [12]), in parte posteriori inflammatos Jaeger [13]). Pulmonum superficiem pustulis obsitam et in substantia abscessus vidit Walsham [14]), vomicas in pulmonibus plures [15]), in sinistri pulmonis lobo inferiori indurationem calculosam nucis avellanae magnitudine Bernt [16]) invenit.

---

1) Obs. VII. IX.
2) Obs. VII.
3) Jaeger Bd. 36. p. 39. 40. — Obs. V. VIII.
4) Obs. IV.
5) Obs. I. II. V. VIII. IX.
6) Obs. III.
7) Jaeger Bd. 32. p. 17. — Bd. 36. p. 20. — Rhades p. 234. — Obs. VI.
8) Rhades p. 240. 243. — Obs. VII.
9) Obs. VII.
10) Rhades p. 243.
11) Jaeger Bd. 36. p. 39. 40. — Obs. IV.
12) L. c.
13) L. c. Bd. 36. p. 35.
14) L. c. pag. 65.
15) Zeller p. 129. — Cruveilhier p. 30. — Obs. IV.
16) L. c. Bd. IV. p. 127.

In pericardio interdum pauxillum seri [1], interdum major copia [2] usque ad uncias duas [3] reperta est.

Cor frequenter non abnorme, semel parvum [4]. In atriis et cavis cordis frequenter observata coagula polyposa [5], quae interdum etiam in vasa majora extendebantur. In dissepimento atriorum in puella sex mensium [6], in alia 2 annorum [7] foramen adhuc apertum [8]; in aliis occlusum [9].

Laryngem quidquam inflammatum Zeller vidit [10].

---

1) Obs. I. III. V. VIII.

2) Walsham l. c. p. 64. — Obs. IV. VII.

3) Westring l. c.

4) Obs. VIII.

5) Richerz l. c. — Obs. II. IV. V. VII.

6) Obs. IV.

7) Jaegeri frater apud Zeller l. c. p. 126.

8) Praeter casum in Obs. IV. narratum, adhuc in 5 aliis, nempe in puella aliquot mensium, puella 7 mens. et alia 8 mens., in puero 6 mens., et altero annuo, foramen ovale adhuc apertum inveni, quod in aliis ejusdem aetatis et junioribus interdum jam occlusum repereram. Fere semper autem status talis fuit, ut adpressa valvula foramen penitus occludi potuerit, in casu uno foramen potius qua canalis inter valvulam et marginem foraminis ovalis patuit. In omnibus his casibus durante vita nulla Cyanoseos symptomata observata sunt.

9) Obs. II. III.

10) L. c. pag. 106.

In trachea et bronchiis ego mucum spissum spumosum inveni [1]).

In abdomine:

Abdomen frequenter tumidum, expansum, tensum [2]). In cavo peritonaei minor [3]) majorve [4]) copia seri effusi; aut humor degeneratus, foetens, fuscescens [5]). — In peritonaeo, inferna diaphragmatis pagina, omento et mesenterio magis rubentibus vesiculas pellucidas a magnitudine milii ad illam lentis Zeller observavit [6]). In casu gastropathiae cum phlogosi abdominali complicatae ego quoque peritonaeum ventriculum et Colon investiens, nec non omentum valde rubens inveni [7]).

Hepar solito majus [8]), imo grande [9]); in aliis parvum [10]). Ejus pagina convexa cum diaphragmate concreta [11]). Color in gibba parte subrubellus [12]) aut nigrescens [13]); in concava purpureus [14]), albes-

---

1) Obs. IX.

2) Richerz, P. de Wind l. c. — Jaeger Bd. 52. p. 20. — Fleischmann p. 125. — Zeller p. 128. — Rhades p. 235. — Cruveilhier p. 12. 26. 30. — Obs. II. IX.

3) Obs. II. IV. V. VII. VIII.

4) Obs. VI.

5) Walsham l. c. p. 58.

6) L. c. p. 107.

7) Obs. VI.

8) Walsham l. c. p. 59. 64. — Obs. VII.

9) Obs. IV.

10) Cruveilhier l. c. p. 13.

11) Armstrong cas. 3.

12) Richerz l. c.

13) Walsham l. c. p. 59.

14) Walsham ibid.

cens [1]), aut hinc inde obscurius viridescens [2]). In superficie hepatis Jaeger vidit parvas, rotundas, flavas, non profundas maculas quidquam consistentiores [3]). Substantia hepatis aut caerulescens [4]); sanguine non turgens [5]); aut tota [6]), aut in lobo quodam exsanguis [7]); frequenter sana [8]).

In vesicula fellea bilis oleosa aurantia [9]), vel spissa coloris flavi [10]), profunde brunnei [11]), aut ochracei [12]), porracei [13]), profunde viridis [14]); vel aquosa citrina [15]); vel turbida lactea [16]).

Lien aliquoties sanus [17]); interdum major [18]), interdum minor [19]); sanguine magis turgens [20]), aut non

---

1) Zeller p. 129.
2) Richerz l. c.
3) L. c. Bd. 56. p. 33.
4) Zeller p. 127.
5) Obs. IV. VII.
6) Obs. V.
7) Obs. VIII.
8) Zeller p. 129. — Obs. I. usque IV., VI. IX.
9) Obs. IV. VIII.
10) Obs. II. V.
11) Obs. III.
12) Obs. VI.
13) Richerz l. c. — Cruveilhier p. 8. 17.
14) Zeller p. 129.
15) Fleischmann p. 127.
16) Zeller p. 127.
17) Obs. III. VII. IX.
18) P. de Wind. l. c. — Obs. I.
19) Richerz — Armstrong cas. 3. — Obs. VIII.
20) Zeller p. 129. — Obs. II. V.

turgens [1]). Color caerulescens [2]), aut virescenti-caeruleus [3]), aut fusco-rubens [4]); superficies ventriculo adjacens subvirescens [5]); interne cerasino-rubens [6]), aut interne et externe roseus, margine cinereo, pagina convexa punctis et maculis elevatis albis lymphae exsudatae obsita [7]). Interdum ventriculo arcte adhaeret [8]). Substantia lienis aut firma [9]) et durior [10]), aut flaccida [11]) mollis, sub digitorum pressione rumpenda [12]). Semel in ichorem coloris succolatae dissoluta erat [13]). In substantia splenis corpuscula alba granulosa vix visibilia [14]) aut penitus deficientia [15]). [16]). — In omen-

---

1) Obs. IV. VI. VIII.
2) Zeller p. 129.
3) Obs. V.
4) Obs. VI.
5) Obs. V.
6) Obs. V.
7) Fleischmann p. 127.
8) Richerz — Armstrong cas. 3.
9) Cruveilhier l. c. p. 30.
10) P. de Wind l. c. — Cruveilhier l. c.
11) Richerz l. c. — Obs. V.
12) Obs. II. IV. VI.
13) Bernt l. c. Bd. 3.
14) Obs. VIII.
15) Obs. VI.
16) Haec corpuscula alba in substantia splenis (vide Meckel Handb. d. menschl. Anatomie. Bd. 4. 8. Halle u. Berlin 1820. p. 371.) in quatuor infantibus sat luculenta et copiosa vidi.

to lien accessorius magnitudine granuli [1]) aut nucis avellanae [2]). [3]). —

Duodenum externe quidquam rubens vidi [4]).

Intestina tenuia aut contentis faecibus fluidis [5]), aut faecibus et aëre [6]), aut solo aëre extensa [7]); hinc inde contracta Zeller vidit [8]). — Cruveilhier observavit externe maculas albas, ellipticas [9]), P. de Wind tenuia hinc inde inflammata [10]), Jaeger in fine ilei parvam plagam inflammatam vidit [11]), ego quoque in plaga quadam rete vasorum minimorum sanguineorum vidi, in qua et mucosa rubebat [12]). Jaeger in uno casu observavit maculas rubras, incrassatas, hinc inde disper-

---

1) Obs. II.

2) Obs. I.

3) Lienes accessorios praeterea in 5 infantibus vel sub forma granuli magnitudine seminis cannabini, semel in puero annuo magnitudine 3 linear. in diametro, in alio item annuo autem binos, alterum 3, alterum 5 lin. in diametro inveni. Etiam Sömmering (ap. Baillie l. c. p. 157.) affirmat, se saepius lienes parvos in omento sparsos observasse, an quoque in infantibus?

4) Obs. VI.

5) Cruveilhier l. c. p. 12.

6) Obs. VI.

7) Richerz l. c. — P. de Wind l. c. — Walsham l. c. p. 58. — Jaeger Bd. 32. p. 20. Bd. 36. p. 40. — Fleischmann p. 125. — Zeller p. 126. — Rhades p. 235. — Obs. II. usque V., VII. VIII.

8) L. c. p. 126.

9) L. c. p. 12.

10) L. c.

11) L. c. Bd. 36. p. 33.

12) Obs. III.

sas, absque inflammatione in subjecta villosa [1]; ego in tenuium decursu vidi plagulas rufas [2], in quibus interne in membrana mucosa rubor diffusus [3], sed nulla distincta emollitio. — Cruveilhier internam membranam maculis irregularibus elevatis velutinis obsitam [4] vidit, in quibus membrana mucosa arcte cum subjacentibus cohaerebat, et in earum peripheria observabantur granula, ut dicit, ex nimia evolutione folliculorum muciparorum [5]. Alias invenit eminentias irregulares, quarum minimae cum mucosa cohaerentes cum ea separabantur [6], in alio casu vidit maculas rubras et eminentias velutinas intestino concolores [7]. — Membranam mucosam facile separandam vidit Cruveilhier [8], peritonialem facile detrahi posse, ego vidi [9].

Bis in tenuibus observavi intussusceptionem, et quidem in uno casu in binis [10], in altero in quinque locis [11]; in utroque casu pars inferior intestini in superiorem intrusa fuit, phlogoseos signis omnibus absentibus [12].

---

1) L. c. Bd. 32. p. 20.
2) Obs. IV. V.
3) Obs. IV.
4) L. c. p. 8. 12. 17.
5) L. c. p. 12.
6) L. c. p. 17.
7) L. c. p. 52.
8) L. c. p. 12. 17.
9) Obs. V. VI.
10) Obs. I.
11) Obs. IX.
12) Frequenter in cadaveribus infantum intussusceptiones

Colon plerumque aëre extensum [1]), interdum

---

inveni. Praeter hos duos casus adhuc in 10 cadaveribus volvulum observavi, et quidem solum bis simplicem, frequenter in binis, tribusve locis, in puella semel in quinque, in puero semestri autem in novem locis. Sed fere semper omnia inflammationis vestigia defuerunt, nec in ullo casu durante vita ullum symptoma adfuit, quod de hoc malo suspicionem movisset. Opinio Sömmeringii (apud Baillie l. c. p. 91. Anmerk. 192.), has intussusceptiones sub ipsa morte oriri, hinc non absona. Observarunt praeterea volvulos in infantibus:

Sömmering l. c. p. 89. Anm. 189.

Raulin von Erhaltung der Kinder von dem ersten Augenblick ihres Entstehens an bis zu ihrer Mannbarkeit. II. Bd. Leipzig 1770. 8. p. 199. qui a 5 usque ad 7 observavit.

Louis in Mem. de l'acad. de Chir. Vol. IV.

Westmann (vide: Mediz. - chir. Zeitung 1822. III. Bd. p. 291.) 4 intussusceptiones in infante aliquot mensium observavit.

Bernt (l. c. Bd. IV. p. 47) in puella 14 hebdom. sex intussusceptiones invenit.

J. C. G. Wendt in Novis actis regiae soc. hafniens. Vol. II. 8. Hafniae 1821.

C. Trafvenfelt (vide: Mediz. - chir. Zeitung 1816. Bd. I. p. 263.)

W. Remer in: Hufelands Journal Bd. 40. Stück 4. (1815. April) p. 23—28.

Vide quoque: Handb. d. pathol. Anat. von Dr. F. G. Voigtel. Bd. II. 8. Halle 1804. p. 568—573.

1) P. de Wind l. c. — Walsham l. c. pag. 58. — Jaeger Bd. 52. p. 20. — Bd. 56. p. 40. — Fleischmann p.

hinc inde faeces simul adsunt [1]. Aliquoties Coli adscendente et transversa parte aëre inflata pars descendens erat collapsa et contracta [2]; Jaeger semel transversum contractum [3], in alio casu Colon hinc inde contractum vidit [4]. — Colon inflammatum P. de Wind [5], hinc inde caeruleo-rubrum, et in interna superficie obsitum maculis profunde rubris magnitudine lentis Jaeger [6] vidit. In transverso eminentias albas, planas, rotundas, medio impressas, Cruveilhier [7] vidit, hujus mucosam rubentem ego inveni [8]. Coli membranam internam tumidam rubram [9] aut punctis parvis rotundis elevatis obsitam [10] Cruveilhier observavit. Totam villosam mollem in gelatinam tenacem mutatam Jaeger vidit [11]. — Caecum et processum vermiformem in herniam per annulum abdominalem protrusa Bernt narrat [12].

Flexuram sigmoideam sordibus scatentem in re-

---

125. — Zeller p. 126. — Rhades p. 255. — Cruveilhier p. 50. — Obs. II. usque IX.

1) Obs. II.

2) Obs. V. VI. VIII.

3) Jaeger Bd. 36. p. 41.

4) L. c. Bd. 36. p. 20.

5) L. c.

6) L. c. Bd. 36. p. 33.

7) L, c. p. 16.

8) Obs. VI.

9) Cruveilhier l. c. p. 53.

10) Ibidem p. 5.

11) L. c. Bd. 36. p. 34.

12) L. c. Bd. 5.

gione inguinali dextra [1]) inveni, ubi et F. [2]) vidit, qui etiam punctis glaucescentibus, non elevatis, a magnitudine milii ad illam lentis obsitam observavit.

Mesenterii venas sanguine turgentes semel vidi [3]); glandulae mesenterii frequenter magnae, tumidae [4]) induratae [5]) repertae, semel aliae interne rubellae, aliae albidae firmae, quasi cartilagineae [6]); semel pus crassum continebant [7]).

Renes in parte inferiori albos Fleischmann [8]) vidit. Semel ren sinister prae dextro sanguine turgens [9]); bis in pelvi renali granula sabuli et calculos reperi [10]). [11])

---

1) Obs. VIII.

2) In Hufelands Journal l. c. p. 33.

3) Obs. IV.

4) Jaeger l. c. Bd. 36. p. 33. — Zeller p. 107. 127. — Bernt l. c. Bd. 4. p. 127. — Cruveilhier l. c. p. 15. — E. in Rust's krit. Repert. Bd. II. p. 307. 308. — Obs. VIII.

5) Bernt l. c. — E. l. c.

6) Obs. VII.

7) Cruveilhier l. c. p. 12.

8) L. c. p. 127.

9) Obs. IX.

10) Obs. V. VIII.

11) Non infrequenter in pelvi renali infantum sabulum calculosum a magnitudine seminis papaveris usque cannabini, imo calculi magnitudine lentis, pisi, et ultra, plerumque compressi, pelvis renalis formam aemulantes, reperiuntur. Ego ipse praeter hos casus adhuc in novem infantibus majorem minoremve copiam sabuli, aut aliquot calculos reperi. Recordor

In tunica vaginali testis sinistri seri unciam dimidiam Bernt invenit [1]).

Caput II. Diagnostica.

Certa et firma diagnosis medico practico plurimum valet, cum certae diagnosi et cognitae verae morbi naturae firma et adaequata therapia superstrui possit: tamen ex altera parte diagnosis morbi cujusdam non levissimum pathologi sistit officium. Majoribus adhuc difficultatibus premitur diagnosis morbi cujusdam quasi novi, nondum a multis et sat superque observati. Non mirum itaque etiam gastropathiae diagnosim adhuc dubiam et obscuram esse. Attamen observationibus medicorum jam quidquam profecimus plura a sequente adhuc sperantes aetate. Hinc inepta mihi videtur sententia quorundam, qui sequentium temporum frustraneam in stabilienda hujus mali diagnosi operam quasi praesagientes, Prisciani obliti effati sunt:

„Diagnosis emollitionis fundi ventriculi vix ac ne vix quidem assequenda;"

nam quis, quaeso, in scientia (qualis medicina) experientia innitente certe affirmare valet, quid inventi futura aetas secum latura sit, quid non latura?

Duplex Diagnosticae officium est: alterum, ut

pueri annui, in cujus renis dextri pelvi sabulum, in sinistri calculus unus, alter in uretere proxime ad vesicam aderat; vesica ipsa tota explebatur duobus calculis sibi impositis.

[1]) L. c. Bd. 3.

morbi symptomata essentialia, quibus cognoscatur, adducat; alterum, ut morbi a reliquis, nisi omnibus, saltem ei similibus differentiam ostendat (Diagnostica sensu Wichmanni).

Quid, quoad duplex hocce Diagnosticae officium hucusque de gastropathia infantum innotuerit, nunc adducam.

A. Symptomata gastropathiae essentialia.

Inter symptomata gastropathiae essentialia referuntur:

a) Diarrhoea copiosa, serosa, viridis, a plurimis auctoribus observata; a Cruveilhier constantissimum signum affecti tubi intestinalis censetur [1]), sed saepius solo affecto ventriculo constans signum, quod demonstrant observationes meae adductae.

b) Vomitus materiei mucosae, biliosae [2]), frequenter nimius, effraenis, et consuetis sedantibus non sedandus [3]). — Cruveilhier illum adesse in ventriculi affectione dicit, ast ipse saepius vomitum abesse refert (quod ego quoque observavi et supra jam monui), cum motus antiperistalticus difficilius producatur [4]).

c) Sitis ingens, ardens, quam pulchre Cruveilhier [5]) descripsit. Infantes vasa potu repleta oculis exquirunt,

---

[1]) L. c. p. 5.

[2]) Cruveilhier l. c. p. 3. 86. — E. in Rust's krit. Repert. Bd. II. p. 512.

[3]) Jaeger l. c. Bd. 52. p. 28.

[4]) Cruveilhier l. c.

[5]) L. c. p. 76.

avide labiis admovent, manibus saepe adprimunt, nec dimittunt, donec usque ad fundum exhauserint. Appetunt plena pocula, imprimis potus frigidi.

d) Febris continua, intensa [1]) in majori morbi gradu, serius pulsus tardior, inaequalis, debilis [2]).

e) Virium subitanea prostratio [3]) cum cita emaciatione, et faciei peculiari habitu morbum abdominalem prodente, collapsa nempe, demum hippocratica.

f) Pallor et notabile frigus cutis [4]), praecipue extremitatum [5]), quod extremitatum frigus in omnibus morbis cum organisationis destructione conjunctis observatur.

g) Peculiaris soporositas, ex qua aegri facile excitandi, quae per ejulationes et corporis motus frequenter interrumpitur [6]).

h) Abdomen de regula (nisi in morbo complicato) molle, plerumque indolens; saltem dolores, si qui adsunt, non continui, assidui [7]).

i) Tussis frequenter observatur, quam Cruveilhier symptomaticam esse, et nonnunquam vomitui praecedere, nonnunquam illum supplere dicit [8]).

---

[1]) Jaeger l. c. Bd. 32. p. 28.

[2]) Cruveilhier l. c. p. 3.

[3]) Jaeger l. c. — Cruveilhier l. c.

[4]) Jaeger l. c.

[5]) Cruveilhier l. c. et p. 87.

[6]) Cruveilhier l. c.

[7]) Jaeger l. c.

[8]) Cruveilhier l. c. p. 86. 87.

k) Functiones mentis usque ad mortem semper illaesae [1].

l) Qua constans et pathognomonicum signum E. [2]) adducit, attractionem femoris sinistri ad abdomen, quam semper observaverat, et ab aequabili femoris utriusque attractione in inflammationibus abdominalibus differre affirmat.

m) Certissimum tandem signum metamorphosis ventriculi (gastromalacia) post mortem [3].

B. Differentia gastropathiae a morbis similibus.

1. Diarrhoea. [4])

Diarrhoea infantum ex lacte nutricis, pravis aut nimiis alimentis ingestis cognoscitur causarum investigatione, est plerumque salutaris, saburram eliminans et absque symptomatibus ominosis.

---

1) Cruveilhier l. c. p. 77. 91.

2) In Rust's krit. Repertor. Bd. II. p. 312.

3) Cruveilhier p. 5.

4) A. G. Richter die specielle Therapie IV. B. 8. Wien 1817. p. 103—110.

J. Ch. G. Schäffer Beschreibung u. Heilart der gewöhnlichsten Kinderkrankheiten. N. A. 8. Regensburg 1803. p. 106 sqq.

J. J. Plenk Doctrina de cognoscendis et curandis morbis infantum. 8. Viennae et Tergesti 1807. p. 55.

J. Feiler Pädiatrik. 8. Sulzbach 1814. p. 217.

A. Henke Handb. z. Erk. u. Heilung der Kinderkrankh. 3te Aufl. 8. Frankf. a. M. I. B. p. 240.

P. Bastassich Diss. de Diarrhoea infantum. 8. Pestini 1819.

Diarrhoea ex refrigerio facile convenienti methodo cedit, et symptomatibus ominosis destituta est.

Diarrhoea serosa cum dejectionibus copiosis, flavis aut viridescentibus saepe quoque infantes in praesentaneum vitae periculum deducit, differt autem a gastropathia absentia symptomatum huic competentium, ut: vomitus, febris, extremitatum frigoris, peculiaris soporositatis, tussis. Fateri tamen debemus, difficilem adhuc utriusque morbi diagnosim esse, et saepissime hos morbos inter se permutari. Litem post mortem aufert sectio cadaveris.

Diarrhoea sub dentitione contingens plerumque salutaris, vehementiora symptomata solvens et levans, nec ipsa vehementibus symptomatibus plerumque stipata, destituitur quoque symptomatibus gastropathiae competentibus.

2. Vomitus. [1])

Vomitus a sensibilitate ventriculi adaucta, infantili aetati communis, et frequenter occurrens, omnis periculi expers est. Plerumque ex nimia copia lactis materni, aut prava illius qualitate, aut cibis nimia copia ingestis originem trahit. Saepissime post ventriculi evacuationem aegri iterum bene habent; etsi diutius duret, magisque habitualis fiat, tamen non est tam pertinax, et aptis remediis facile cedit: febris, si qua adest multo mitior, neque haec virium prostratio, nec facie singularis habitus pallidus, hippocraticus.

Vomitus a vermibus in ventriculum demigratis excitatus signis helminthiaseos dignoscendus.

---

[1]) A. G. Richter l. c. p. 45. 46. — Schaeffer l. c. p. 104. — Plenk l. c. p. 33 — 35. — Feiler l. c. p. 194. — Henke l. c. p. 239. — Pohl l. c. p. 28.

3. Cholera. [1])

Cholera infantum, in America frequens, apud nos raro occurrit, et gastropathiae valde similis describitur. Invadit infantes primis 2 annis, frequenter mensibus calidissimis. Incipit cum vomitu vehementi aut alvo copiosa, frequenti, foetente, initio flavicante aut viridescente, serius mucosa, serosa, interdum sanguinolenta; dein vomitus et diarrhoea cito sibi subsequentes alternant, aut diarrhoea sola continuat. Comitatur febre remittente, et vehementissimis doloribus in abdomine; siti inexplebili, pulsu frequenti, debili, capite valde calente, deliriis, extremitatum frigore stipatur. Mors saepe cum convulsionibus intra paucos dies sequitur.

4. Tormina (Colica infantum). [2])

Infantes inquieti, corpus hinc illinc movent, femora et crura ad abdomen attrahunt, clamant et ejulant. Somnus parcus, aut ejulationibus turbatus. Papillam vix arreptam statim iterum ex ore dimittunt; quando erecti tenentur, dicuntur bene usque ad satietatem ubera sugere. Abdomen saepe erga attactum sensibilius; frequenter alvus obstipata, interdum copiosa, serosa, viridescens; saepe spasmi et convulsiones se adsociant. — Interdum borborygmi et abdominis intumescentia observantur, si ex flatibus retentis originem duxerit colica, tunc quoque ex abdominis expan-

---

[1]) A. G. Richter l. c. p. 125. — Plenk l. c. p. 38. — Henke l. c. p. 241. — Ch. Girtanner Abhandlung über die Krankheiten der Kinder und über die physische Erziehung derselben. 8. Berlin 1794. p. 155.

[2]) A. G. Richter l. c. p. 147. — Plenk l. c. p. 40. — Feiler l. c. p. 214.

sione et diaphragmatis versus thoracem pressione respiratio brevis, anxia.

5. Enteritis. [1])

Multa symptomata enteritis cum gastropathia communia habet, ut: febrem continuam, pulsum frequentem, parvum, calorem auctum, sitim intensam, somnum turbatum, alvum aut obstipatam aut diarrhoicam, saepe vomitum. — Differt autem enteritis affectione topica, cum in enteritide totum abdomen ab initio, serius certa ejus regio sub attactu sit sensibilior et doleat, quem dolorem infantes minores per musculorum faciei distorsiones sub attactu, aut fletu et ejulationibus exprimunt, dolores sunt assidui, remittentes, nunquam intermittentes, abdomen notabiliter calet; urina intense calida et profunde tincta.

Qui inflammationis membranae mucosae tubi intestinalis [2]) ab enteritide mox adducta, atque hujus a peritonitide [3]) et mesenteritide [4]) in infantibus differentias rite statuerit, ab hoc etiam horum morborum a gastropathia differentia exspectanda.

6. Gastritis.

Missis symptomatibus, quae pathologia specialis gastritidi adscribit, quae utique magnam cum gastro-

---

[1]) Henke l. c. Bd. II. p. 53.

[2]) J. Abercrombie Untersuchungen über die Krankheiten des Darmkanals a. d. Engl. von H. Wolff. 8. Bonn. 1822. p. 115 sqq. 133 sqq.

[3]) Recherches sur les maladies les plus importantes et les moins connues des enfans nouveau-nés, par A. Dugés. 4. Paris 1821.

[4]) J. C. Wendt in Novis Actis soc. med. hafniens. Vol. II. 8. Hafniae. 1821.

pathia similitudinem habent, hic illa praecipue symptomata respectum merentur, quibus gastritis, si unquam in infantibus observata fuit, manifestatur. Dux ergo hic sit observator Saillant [1]). Quin hic disquiratur, utrum morbus, quo Montagnana Romae ultra 500 infantes demortuos fuisse asserit, gastritis (ut Saillant [2]) affirmat) an alius quidam morbus febrilis fuerit: quin disputem, neque an omnes 4 casus, quos Saillant enarrat, idem morbus cum morbo a Montagnana adducto fuerint, neque an omnes pro ventriculi inflammatione agnoscendi, pro qua venduntur, solum in auctoris casu uno [3]) acquiescam, cum infantis demortui sectionem instituisset, et per illam ventriculi inflammatio sat demonstrata fuisset. In hoc casu aderant dolores vehementes abdominis per vices recrudescentes, anxietas magna, continua et violenta artuum motitatio; motus

---

[1]) In: Histoire et Memoires de la soc. roy. de médécine. Vol. 8. An. 1786. Memoires p. 327 — 337. germanice in: Samml. auserl. Abhandl. z. Gebr. prakt. Aerzte. Bd. XV. Stück 4. 8. Leipzig. 1793. p. 631 — 642. — etiam in Hufelands Annalen der französischen Arzneykunde. Bd. II. p. 41.

Juxta Saillantii observata:

C. B. Fleisch Handbuch über die Krankheiten der Kinder, u. über die medizinisch-physische Erziehung derselben bis zu den Jahren der Mannbarkeit. II. Bd. 8. Leipzig 1804. p. 581 — 384. Cap. XIII. Von der Entzündung des Magens bey Kindern.

[2]) Sammlung auserl. Abhandl. l. c. p. 632. — Fleisch l. c. p. 382.

[3]) Sammlung auserl. Abhandl. l. c. obs. 1. p. 632. 633.

manuum in regionem epigastricam [1]. Sectio cadaveris monstrabat tunicam ventriculi internam valde inflammatam et hinc inde maculas gangraenosas [2].

7. Hydrocephalus acutus. [3]

Jam supra monui, plures auctores, ut: Jaeger, Zeller, a. Vest, Lenhossék, magnam inter hydrocephalum acutum et gastropathiam affinitatem observasse, et revera plura symptomata utrique communia sunt. Differt autem hydrops ventriculorum cerebri:

in stadio prodromorum (turgescentiae): ingressu incerto, vacillante, vertigine et temulentia, urina turbida, eruptione peculiari in cute, doloribus artuum tensivis, lancinantibus, cuti sicca;

in stadio irritationis (inflammationis, sensibilitatis): cephalaea vehementi, motu manuum ad caput, photophobia, abdomine collapso, somnolentia, somno inquieto;

in stadio exsudationis et effusionis (sensibilitatis imminutae, torporis): indifferentia, apathia; oculi erga lucis stimulum insensiles, pupilla plerumque est dilatata, oculi fixi, coma vigil observatur;

in stadio paralytico: convulsionibus in uno latere, altero paralytico, pupilla penitus dilatata, nullo stimulo lucis contrahenda, sopore solummodo per convul-

---

1) Sammlung auserles. Abh. l. c. p. 633.

2) Sammlung auserl. Abh. l. c. — Fleisch l. c. p. 383.

3) Henke l. c. Bd. II. p. 129 sqq.
L. A. Gölis praktische Abhandlungen über die vorzüglicheren Krankheiten des kindlichen Alters. I. B. Von der hitzigen Gehirnhöhlen-Wassersucht. 8. Wien. 1815.

siones interrupto, caeterum continuo, semper increscente [1]. In hoc stadio crinium decoloratio observata est [2].

8. Febris meseraica. [3]

Praegressis per breve tempus morositate, artuum delassatione, appetitus defectu, incipit frigore, cito subsequo calore, nausea, vomituritione, cephalaea vehementi, siti aucta. Epigastrium, imprimis versus hypochondrium dextrum tumidum, tensum, sensibilius, pulsus frequens, duriusculus, cutis ardens sicca, respiratio citata, lingua medio muco obducta, ad margines intense rubra, urina saturate flava, raro absque nubecula, alvus tarda, rara. Febris typum continuum remittentem tenet, et ab initio de die pluries exacerbatur. Serius ad vesperam luculentae exacerbationes, sub quibus cutis ardens, pulsus valde frequens, caput valde dolens, saepius observantur deliria. Post 11. 17. vel 21. diem plerumque alvo spontanee frequentiori pultacea, urina sedimentosa aut sudoribus matutinis solvitur. — In casu minus secundo sopor ingruit, delirium, carphologia, spasmi et convulsiones, petechiae cum diarrhoeis symptomaticis, lingua muco fusco aut nigro obducitur, oculi splendorem amittunt, sub exspiratione observatur foetor cadaverosus, et infantes moriuntur sub signis febris putridae malignae. — In cadavere inveniuntur in membra-

---

1) Cruveilhier l. c. p. 91.

2) J. Schwarz de febri hydrocephalica infantum. Diss. inaug. 8. Marburgi 1818. p. 14.

3) Die Kinderkrankheiten systematisch dargestellt vom Dr. Joh. Wendt. 8. Breslau u. Leipzig 1822. p. 229 sqq.

na interna intestinorum tenuium vestigia gangraenae, glandulae mesentericae tumidae, ambitu inflammatae, muco cinereo farctae; ubique signa decompositionis.

Ab hac febris remittens infantum Anglorum [1]), nisi eadem, vix differt. Corripit infantes unius usque ad 12 ann. Paulatim ingruit, aegri interdum obstipati, interdum alvo laxiore laborant. Quotidie aliquoties ingruunt exacerbationes febriles, cum somnolentia; tempore remissionis infantes bene valere videntur, quamquam solito quidquam morosiores. Pulsus est frequens, lingua pura. — His per 8 — 10 dies praegressis prodromis febris ingruit a frigore intenso et vomitu plerumque incipiens, pulsus est valde frequens, somnolentia, genae rubent, interdum leves dolores punctorii in abdomine accusantur. Semper adest pruritus cutis nasi, labiorum et angulorum oculorum. Assumta interdum post longius tempus immutata evomuntur, et alvo materiae putridis substantiis organicis similes excernuntur. Appetitus penitus prostratus, interdum deliria per aliquot dies assidua, ex quibus aeger evigilat nescius, quid hoc tempore actum sit, aut pro momento excitari potest. Saepe convulsiones se adsociant, interdum jam sub primo febris ingressu.

C. Characteres essentiales gastromalaciae.

Pars affecta ventriculi distinguitur a normali plerumque laevitate, tenuitate et majori pelluciditate [2])

---

[1]) Dr. C. R. Pemberton prakt. Abhandlung über verschiedene Krankheiten des Unterleibes. Uibers. v. Dr. G. von dem Busch. 8. Bremen. 1817. p. 166.

[2]) Meckel pathol. Anat. l. c. p. 11.

membranarum, quae molles, gelatinosae, leviori vi cedentes et per foramen disrumpentes. Metamorphosis haec in plaga affecta in medio maximum attigit gradum, et versus peripheriam decrescit, membranis paulatim in partem normalem abeuntibus. Foramen, si quod aut jam adest, aut arte fit, est irregulare, formam non servat, sub tractatione ope manuum semper majus fit, et si ventriculus aquae imponitur margines ejus molles, fimbriati in aqua fluctuant. — Pars affecta denique cito in aqua fervida solvi dicitur [1]).

Plures, praecipue anatomiae pathologicae etiam recentiores auctores, foramen ventriculi solum respicientes, hujus differentias a foraminibus ex abscessu aut ulcere, ex gangraena etc. exortis adduxerunt, cui officio autem penitus me supersedere posse credo, cum foramen quid accidentale, sed emollitionem essentiale censeam, quae ita distinctis characteribus sese manifestat, ut illam nulli alii metamorphosi comparare possim.

Caput III. Aetiologia.

A. Causa disponens.

G a s t r o p a t h i a hucusque solis in infantibus visa est. Observabatur autem in infantibus mox post partum [2]) usque ad alterum aetatis annum; rarius post alterum annum [3]).

---

[1]) Lenhossek l. c. p. 352.

[2]) Puella 14. dier. (Bernt l. c. IV. p. 68.), 16 dier. (Obs. VI.), neonata (Walsham cas. 1.), infans 3 hebdomad. (Armstrong cas. 2.), puer 5 hebd. (Jaeger B. 36. cas. 1.).

[3]) Infans 2½ ann. (Cruveilhier cas. 4.), 3 ann. (Cruveilhier cas. 15.), puella 4 ann. (Westring), 4½ ann. (P. de Wind), 5-6 ann. (Balme), puer 6 ann. (F. l. c.).

Frequenter observatur circa tempus ablactationis et primae dentitionis [1]), quae saepe coincidunt.

Saepe infantes pingues [2]) aut saltem bene pasti [3]), plerumque antea sani hoc morbo corripiuntur; quamquam etiam in teneris, macris observetur [4]).

Quoad sexum ex observationibus hucusque collectis pueri magis ad formam acutam, puellae magis ad formam lentam et complicationes disponuntur.

Gastromalacia, quae saepius jam in adultis quoque observata est, quam autem ex meo tractatu excludo, tamen frequentius in infantibus [5]) fere sub iisdem dispositionibus occurrit. Observatur in eadem aetate, occurrit in infantibus pinguibus [6]), plerumque antea sanis [7]), frequentius in puellis.

Peculiarem autem ad gastromalaciam dispositionem in ventriculi membranis sitam Fleischmann, Zeller et alii assumunt. — Lenhossék [8]) membranas ventriculi in genere in infantibus adhuc teneriores, magis gelatinosas et facilius dissolubiles esse asserit, hinc etiam emollitioni magis obnoxias. — Fleischmann [9]) contendit, ab Home sic dictae portioni cardiacae ventriculi aut peculiarem dynamicam dispositionem, aut peculiarem constructionem actioni causarum excitantium ma-

---

1) Cruveilhier l. c. p. 72.

2) Cruveilhier l. c. p. 55.

3) Fleischmann p. 124. d. — Obs. III.

4) Obs. V. VIII.

5) Meckel pathol. Anat. l. c. p. 12.

6) Burns (vide Gött. Anz. l. c. p. 430.)

7) Zeller l. c. p. 157.

8) L. c. p. 346. 347.

9) L. c. p. 128.

gis expositam inesse: ut ergo in structura et activitate ventriculi sita sit peculiaris relatio, quae causarum excitantium actionem in hanc partem praecipue concentret et dirigat. — Zeller [1]) fundum ventriculi relative minori copia nervorum, minori arteriarum, majori autem venarum instructum esse, propterea quoque in emollitionem magis dispositum asserit; — Cruveilhier [2]) in majori et vasorum et nervorum copia, in eo, quod fundus ventriculi cibis diutiorem commorationem admittat, atque minus firma membrana mucosa praeditus sit quam reliqua ventriculi pars, causam quaerit, cur fundus in gastromalacia plerumque affectus observetur.

An non praeter structuram anatomicam etiam in evolutione physiologica fundi ventriculi circa tempus primae dentitionis (quo tubus intestinalis solidioribus cibis recipiendis et digerendis adaptatur) absque dubio contingente, et in locali relatione fundi ad lienem dispositio fundi ventriculi major ad emollitionem quaerenda?

B. Causa excitans.

Obscura adhuc est doctrina de causis excitantibus gastropathiae. Quae a variis auctoribus in hunc referuntur locum, haec sunt:

Observatur gastropathia in infantibus, qui a pravis nutricibus lactabantur [3]), aut nimis cito et incaute ablactati sunt [4]). Consentiunt in hoc plurimi observatores, gastropathiam frequentissime mox post ablacta-

---

[1]) L. c. p. 135.

[2]) L. c. p. 85.

[3]) Cruveilhier l. c. p. 72.

[4]) Cruveilhier l. c. p. 3. 72.

tionem [1]), aut in infantibus absque adhibita nutrice educatis apparere [2]), quando infantes cibis minus aptis, praecipue lacticiniis et pultibus enutriuntur [3]). Attamen ipse Cruveilhier exempla inducit, ubi infantes usque ad 14. mensem lactabantur, qui dein gastropathia corripiebantur, cum ex altera parte multi alii imprimis germani medici infantibus mammas tantum usque ad 5-6. mensem concedant, quin frequentiorem hunc morbum observassent [4]).

Cum hac mox adducta causa immediate cohaeret, quam plures quoque accusant, nempe: nutrimenta prava et teneris organis digestionis infantum aut qualitative aut quantitave non accomodata [5]).

Accusat Cruveilhier intempestivum usum medicaminum, imprimis purgantium, tempore dentitionis ad vermes et pituitam expellendam [6]).

E. [7]) putat, an non modernus frequens certorum medicaminum non usus, sed potius abusus, uti: Calomelis, acidi muriatici etc. (quibus narcotica: hyosciamum, belladonnam etc. addere possemus) talem emollitionem in loco, in quo medicamen tale primam remoram nactum est, producat?

---

1) Jaeger Bd. 32. p. 29. — Bd. 36. p. 18. 22. 25. — Rhades cas. 1. 2. — Fleischmann p. 124. d.

2) Fleischmann p. 122. b.

3) Jaeger Bd. 32. p. 29.

4) E. in Rust's krit. Repertor. Bd. 2. p. 309.

5) Pohl l. c. p. 30. — Wittmann l. c. p. 532. — Cruveilhier l. c. p. 72.

6) L. c. p. 72.

7) In Rust's krit. Repertor. Bd. 2. p. 307.

Enumeratur porro: turbata respiratio cutanea [1]), quae in infantibus alioquin jam acidior esse, causaque febris inflammatoriae fieri dicitur, quae febris dein in internas partes vergens hydrocephalum acutum et perforationem ventriculi producat [2]).

Morbi nonnulli quoque qua causae occasionales gastropathiae recensentur. Sic Cruveilhier helminthiasin et febres intermittentes accusat [3]); post morbillorum recessum Goedecke [4]) et Deruelles [5]) gastropathiam observarunt.

Etiam in variolis exstinctis per vaccinam, per quam depuratio organismi alias per variolas perfecta non in eodem fiat gradu, unde forsan novorum morborum infantilium apparentia, causam excitantem quaerit Cruveilhier [6]); sed dubitandum an jure? [7]).

Cruveilhier [8]) quoque affirmat, se mensibus Augusto, Septembri et Octobri 1819, morbum epidemicum vidisse, ast jam criticus E. [9]) monuit rem adhuc dubiam esse, quamquam ipse quoque uno anno frequentiorem morbum observaverit, nihilominus tamen hanc frequentiam nomine epidemiae insigniendam non putat.

---

1) Cruveilhier l. c. p. 73. — Zeller l. c. p. 135. — F. l. c. p. 30.

2) Zeller l. c.

3) Rust's krit. Repert. Bd. II. p. 310.

4) L. c.

5) Apud Cruveilhier cas. 23. p. 66.

6) L. c. p. 18. 19. 22.

7) Rust's krit. Repertor. II. p. 308.

8) L. c. p. 9. p. 73 — 75.

9) In Rust's krit. Repertor. Bd. 2. p. 310.

Jaeger ejusque frater anno 1812., quo Stuttgardiae frequens erat efflorescentia cutanea scabiei similis, et 1813. gastropathiam minus frequenter observarunt [1]).

Gastromalaciae infantum causae excitantes fere adhuc obscuriores, quam gastropathiae. Omnes de hac adductae causae etiam de illa valent.

Burns eam praecipue tempore aestivo observavit [2]).

Zeller illam in nonnullis locis quasi endemicam esse opinatur, quod praecipue Stuttgardiae locum habere dicit, num ex mala conditione lactis vaccini, quo infantes enutriuntur? quaerens [3]).

Pohl aliorum organorum inflammationes qua causas occasionales accusat, quibus sese demum ventriculi illa destructio facile adjungat, uti encephalitidem exsudativam, pneumoniam [4]), quibus addere licet inflammationes cutaneas, ut: erysipelas neonatorum, morbillos, quarum forsan metastasin sistit? et alios nonnullos infantum morbos, ut: tussim convulsivam etc.

C. Causa proxima.

In capite hoc de causa proxima gastropathiae et gastromalaciae omnium de gastromalaciae natura opinionum ratio habenda erit, cum phaenomenon forsan ejusdem processus pathologici productum sit, compareat aut in adultis, aut in infantibus. Locus hic etiam esset disquirendi, utrum gastropathia gastromalaciae,

---

[1]) Vide Hufelands Journal Bd. 40. Stück 1. (1815. Jäner.) p. 83.

[2]) Gött. Anz. l. c. p. 430.

[3]) L. c. p. 99.

[4]) L. c. p. 30.

aut haec illius causa sit, utra itaque praecedat; sed puto, ambas simul existere, unius ejusdemque processus pathologici effectus esse, ut itaque idem processus morbosus, metamorphosim in membranis ventriculi inducens, etiam symptomatum gastropathiae causa fiat. Quomodo autem fiat, ut gastromalacia evolvatur absque symptomatibus illam in aliis casibus comitantibus, ut jam superius dixeram, libenter fateor, me ignorare. —

Richerz malum hoc sphacelum ventriculi vocat, et ejusdem opinionis invenio M. Wittmann.

P. de Wind causam mali in insolita extenuatione et expansione aëris in ventriculo ponit, rem in dubio relinquens, utrum hujus extensionis aëris causa in humoribus organismi inquilinis corruptis, an in veneno assumto sita fuerit.

Balme foramen solum respiciens hoc adscribit dissolutioni per humorem ichorosum et putrescentem; ast quomodo humor paucus odoris fere expers ichor dici potest?!

Ailhaud quoque causam hujus perforationis in humoribus sitam fuisse affirmat [1]).

J. Hunter, qui emollitionem ventriculi in adultis repente mortuis solum observavit [2]), primus pro-

---

[1]) Vide: Sammlung auserles. Abhandl. z. Gebr. prakt. Aerzte. XV. Bd. 4. Stück. 8. Leipzig. p. 651.

[2]) In: Philosophical Transactions Vol. 62. p. 447. In: Observations on certain parts of the animal Oeconomy. London. 1786. ed. 2. 1792. p. 183. J. Hunters Bemerkungen über die thierische Oekonomie. Im Auszuge übers. u. m. Anm. vers. von K. F. A. Scheller. 8. Braunschweig. 1802. p. 300-310.

priam de phaenomeni hujus natura sententiam protulit. Statum hunc pro digestione membranarum ventriculi per proprium succum gastricum, post mortem contingente, declarat affirmans: gastromalaciam plerumque in talibus inveniri subjectis, quae antea sana repentina exstinguebantur morte, in quibus itaque succus gastricus adhuc purus et concentratus; dissolutam quoque inveniri plerumque hanc ventriculi partem, in quam ex consueto situ cadaverum in dorso succus gastricus praecipue egerat, nempe fundum et cardiam.

Huic autem opinioni de gastromalaciae causa proxima plurima veniunt opponenda:

a) Gastromalaciam minus frequenter (saltem in adultis) observatam esse, quam, si haec causa vera esset, occurrere deberet. Respondet quidem: cadavera plerumque hominum dissecari, qui morbis variis laborantes demum mortui sunt, in quibus itaque per morbum antecedentem vires succi gastrici solventes debilitatae fuere. Ast etiam in hominibus antea sanis repente mortuis, aut per vim e. g. varia infortunia enecatis raro occurrit, quorum tamen plurima cadavera dissecantur, plurimaeque cadaverum sectiones publice in diariis medicinae forensis communicantur; in Germania saltem status rarissime aut nunquam observatus [1]). Cel. Prof. Bernt in circiter mille cadaveribus hominum violenta repentina morte exstinctorum nec unquam gastromalaciam observavit [2]). E contrario autem juxta Cel. Sömmering ventriculum normalem tantum in hominibus sanis repentina violenta morte ab-

---

[1]) Jaeger l. c. Bd. 52. p. 6. 7.

[2]) Lenhossék l. c. p. 341. Anmerk. 1.

reptis invenies [1]), et plurima individua, in quibus post mortem gastromalacia reperta est, morbo decumbentes demum exstincta fuere [2]).

b) Si gastromalacia tantum effectus virtutis chemicae solventis succi gastrici puri et concentrati est, quomodo fit, ut tam frequenter cum gastromalacia ventriculus contentis fluidis copiosis expansus reperiatur, quae aut qua potulenta, aut qua medicamina ingesta necessario succum gastricum neque purum neque concentratum esse permittebant [3]). Jaeger [4]) observationem adducit, ubi gastromalaciam reperit in homine post uberem spiritus vini potum cito mortui, in quo putat spiritum vini virtuti solventi succi gastrici potius restitisse.

Si autem quis affirmaverit, succum gastricum jam antequam illa fluida ingesta fuere, concentratum fuisse et gastromalaciam produxisse, non obsum, cum is mihi ipse arma tradat, concedens hoc asserto, gastromalaciam jam durante vita contigisse, neque (ut Hunter affirmat) post mortem. Concesso autem: gastromalaciam durante vita existere posse, non video, cum in tot casibus (in quibus post mortem emollitio ventriculi reperta est) ante mortem certus symptomatum similium complexus (morbus nempe) observatus fuerit, cur non peculiarem morbum cum gastromalacia incedentem assumamus. Consentit Pohl [5]) affirmans: „haud dubie nulla cum praegressura essent ventriculi male affecti phaeno-

---

[1]) Jaeger l. c. Bd. 32. p. 7.

[2]) Jaeger l. c. p. 7. 8.

[3]) Rhades l. c. p. 251.

[4]) L. c. Bd. 32. p. 26.

[5]) L. c. p. 33.

mena", si nempe status hic efficaciae succi gastrici post mortem residuae tribuendus esset.

c) Quod situm cadaveris et succi gastrici attinet, cum fere omnia cadavera dorso incumbant, gastromalacia semper in pariete posteriori ventriculi apparere deberet, cui necessario incumbunt fluida ventriculi: sed frequentissime gastromalacia in fundo, ubi splen adjacet, qui non semper totus contentis fluidis tangitur, observatur, imo interdum in pariete anteriori [1]), quem vix unquam contenta fluida in cadavere tangunt.

d) Obest Hunteri theoriae experientia Sennebieri et Spallanzanii [2]), membranas difficillime digeri [3]).

e) Obest, quod mixtio organorum secretioni dicatorum plerumque homogenea sit partibus constitutivis humorum secretorum, et substantias ejusdem naturae in se invicem non agere: non intelligendum ergo, quomodo succus gastricus in organon suum secernens, parietes nempe ventriculi, chemice ageret, nisi abnormitas in alterutro adfuerit [4]).

f) Tandem haec theoria non sufficit explicandae existentiae ejusdem metamorphoseos in reliquo tubo intestinali, oesophago etc., quae cum succo gastrico in nullo sunt contactu [5]).

---

[1]) Vide Caput de cadaverum sectionibus.

[2]) Spallanzani Versuche über das Verdauungsgeschäft des Menschen und verschiedener Thierarten. Uibers. v. C. F. Michaelis. 8. Leipzig 1785.

[3]) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 24.

[4]) Lenhossék l. c. pag. 342.

[5]) Jaeger l. c.

J. Hunteri opinioni adsentiunt: Adams [1]), Otto [2]), M. Baillie [3]), R. A. Vetter [4]).

J. North Hunteri opinioni se assentire posse negat, ast nullam aliam profert.

Burns [5]) gastromalaciam pro effectu actionis succi gastrici, non autem illius in ventriculi cavum secreti, sed illius in vasis secernentibus adhuc contenti habet.

Cruikshank [6]) causam mali in adaucta activitate vasorum absorbentium ponit, quae partes solidiores resorbendo destruant. Huic opinioni adsentiunt Westring [7]) et Santesson [8]). Sed praeter hoc, quod jam Santesson monuit, desiderari hic causam adauctae activitatis vasorum absorbentium (pro qua Westring acrimoniam alcalinam succi gastrici vasa absorbentia ad majorem activitatem irritantem assumit), huic theoriae obest, quod per hanc resorptionem solummodo attenuatio et substantiae defectus membranae alicujus ex-

---

1) On the digestion of the stomach after death. In ansver to Dr. Burns. In: London medical and Physical Journal Vol. 23. pag. 399 — 418.

2) L. c. pag. 263.

3) Anatomie des krankhaften Baues. A. d. Engl. m. Zus. v. Sömmering. 8. Berlin 1794. pag. 79.

4) Aphorismen aus der pathologischen Anatomie. 8. Wien 1803. pag. 172. §. 196.

5) L. c. pag. 135. (Gött. Gel. Anz. l. c. pag. 430.)

6) The Anatomy of the lymphatic Vessels of the human body. 4. London 1784.

7) L. c. (vide: Sammlung auserles. Abhandl. Bd. XIV. Stk. 4. pag. 573. 577).

8) Sammlung auserles. Abhandl. z. Gebr. prakt. Aerzte. Bd. XIV. Stk. 3. 8. Leipzig 1793. pag. 461. 462.

plicaretur; quomodo autem per illam membranarum ventriculi praeter levem aut nullam attenuationem in massam pultaceam, mollem, gelatinosam transmutatio (in qua chemicae destructioni magis simili metamorphosi cardo rei versatur) explicanda esset, prorsus non video [1]).

Jaeger [2]) contra Hunterum affirmat, nunquam gastromalaciam produci posse a sola actione chemica succi gastrici normalis in membranas ventriculi mortuas [3]), sed aliam adhuc quandam conditionem durante adhuc vita accedere debere [4]), ut haec actio possibilis sit (si in genere tali modo phaenomenon gastromalaciae explicandum esset [5])). — Peculiarem symptomatum cohortem ante mortem saepe praecedere observabat, quae in plurimis casibus sat luculenter affectionem ventriculi indigitabat et in non praetervidenda relatione cum mutatione ventriculi post mortem reperta versabatur [6]), ita, ut in aliquot aegris jam ante mortem mutationem ventriculi sub sectione cadaveris inveniendam praedixerit [7]). In his aeque ac in illis ipsis casibus, in quibus durante vita nullum affecti ventriculi symptoma adfuit, tamen ipsa post mortem inventa ventriculi metamorphosis demonstrat, quod haec jam durante vita saltem inceperit, cum phlogoseos levioris vestigia etc. nullo modo per actionem chemicam in cadavere expli-

---

1) Jaeger l. c. Bd. 32. pag. 25.
2) L. c. Bd. 32. Stk. 5.
3) L. c. pag. 22.
4) L. c. pag. 4. 22.
5) L. c. pag. 23.
6) L. c. pag. 8. 23.
7) L. c. pag. 8. et Bd. 36. pag. 17. 18.

care possimus. Unica observatio, quod interdum destructo ventriculo contiguae partes simili metamorphosi destruantur, pro actione chemica pugnaret; attamen et hanc propagationem affectionis unius organi in alia ei contigua dynamico modo explicandam esse putat [1]. Assumens ergo morbum sui generis, duplicem de ejus causa proxima fovit sententiam:

Prius causam proximam posuit in turbatione normalis influxus systematis nervei in ventriculum, quae hujus paralysim producit, cujus sequela dein peculiaris species gangraenae humidae est [2].

Serius [3]) sententiam hanc protulit: Morbus gastromalaciae praecedit, qui e systemate nerveo agens secretiones, et reactiones tubi intestinalis in contenta immutat; inde sequitur abnormis et nimia formatio acidi proprii (quod analysibus chemicis acidum aceticum esse invenit) [4], quod membranas tubi intestinalis dissolvendo destruit.

Rhades [5]) ejusdem est sententiae, morbum peculiarem esse, qui gastromalaciam producat, quin cum Jaegero affirmet, sub processu hoc morboso acidum aceticum formari.

---

1) L. c. pag. 23.

2) L. c. pag. 26. — Inde etiam explicari posse asserit, quomodo capitis affectiones gastromalaciam producere valeant, cum ex iis paralyses nervorum ventriculi non difficulter explicandae. L. c. pag. 43.

3) L. c. Bd. 36. pag. 73.

4) L. c. Bd. 36. pag. 59-67. — Secundum Wittmann l. c. pag. 531. chemica analysi in contentis ventriculi acidum adiposum (Fettsäure) reperiebatur.

5) L. c. pag. 252.

Fleischmann peculiarem membranarum ventriculi dispositionem ad gastromalaciam necessariam esse affirmat [1]) et lienem dynamico modo in succi gastrici secretionem influentem magni momenti in producenda emollitione habet [2]), cum nempe inter membranam ventriculi internam et lienem adsit oppositio, praevalente in hoc hydrogenio, in illa oxygenio. Turbata hac oppositione immediate sequitur tam turbatio integritatis dynamicae membranae ventriculi mucosae, quam hyperoxygenisatio et producta major vis solvens succi gastrici, atque abundantia oxygenii in membranis ventriculi. Actione hujus alienati succi in membranas dispositas et in sua reactione debilitatas gastromalacia producitur [3]). — Quod gastromalacia tam frequenter juxta Jaegerum post morbos symptomatibus affecti encephali stipatos reperiatur, ex dynamica aequalitate nervorum et splenis, cum utrique hydrogenisatio conveniat, explicat [4]). Ex sympathia ventriculi et intestinorum emollitionem in membranis tubi intestinalis explicandam esse putat [5]).

Sed in hanc theoriae galvanicae et chemicae superstructam explicationem phaenomeni gastromalaciae forsan illud quadrat, illam pulchram potius quam veram esse.

Meckel [6]) gastromalaciam actioni succi gastrici in membranas adscribit, quae nonnunquam post mor-

---

1) L. c. p. 130.
2) L. c. p. 128.
3) L. c. p. 129.
4) L. c. p. 130.
5) L. c. p. 131.
6) Handb. d. menschl. Anatomie. Bd. IV. p. 325.

tem demum, nonnunquam autem jam durante vita contingat; in casu ultimo produci illam per praegressam mutationem mixtionis succi gastrici asserit.

Prof. Chaussier [1]) peculiarem et primitivam irritationem solidorum (tunicae mucosae ventriculi) assumit, quam produci posse vi solvente humorum, a partibus solidis nunc erosis prius secretorum, credit. Praemissa hac hypothesi perforationem ventriculi sic explicat: Observari ab initio nimiam evolutionem vasorum capillarium in membrana mucosa. Mox exoriri in hac membrana exulcerationem; ichorem in parva plaga exulcerata secretum contactu forsan adhuc ad majorem secretionem conferre; nunc membranam mucosam ipsam in processum hunc morbosum latius latiusque proserpentem trahi. Tandem et membranam a peritonaeo oriundam corripi et disrupta hac foramen exoriri.

Quis autem, quaeso, hic majorem vasorum capillarium evolutionem vidit? Quis de exulceratione cogitare potest?

Cruveilhier [2]) comparat gastromalaciam cum vix distinguendis partibus embryonis, et illam quasi retrogressum in stadium aliquod praecedens evolutionis considerat. Morbum sui generis assumit [3]), in quo ei assentit criticus [4]), ad quem explicandum vehemen-

---

[1]) Apud Laisné Considerations etc. p. 173.
Etiam in: Dictionaire des sciences médicales. Tom. XL. 1819. p. 331. 332.
Vide: Cruveilhier l. c. p. 83.

[2]) L. c. p. 5.

[3]) L. c. p. 3.

[4]) In Rust's krit. Repertor. Bd. II. p. 307.

tem supponit irritationem, quae majorem affluxum humorum serosorum, absque dubio exhalationi determinatorum ciet, qui, cum texturam nimis teneram repeKiant, hanc expandunt, destruunt, et quasi corpus heterogeneum penetrant. — ! — Modum, quo hoc fiat, ignotum esse fatetur [1]).

Laisné dicit: „morbi symptomata solummodo patere, non item claram esse et sufficienter explicari posse destructionis originem." [2])

Lenhossék affirmans de causa proxima parum certi adhuc proferri posse [3]) haecce statuit:

a) gastromalaciam nequaquam virtuti solventi succi gastrici normalis adscribendam esse [4]);

b) morbum gastromalaciae praecedentem hanc causare, et quoad symptomata peculiarem cerebri affectionem, quae effusione serosa (hydrocephalo interno) finitur [5]), indicare, cum gastromalacia in plurimis casibus hydrocephalum acutum aut comitetur, aut eum sequatur [6]);

c) affectionem encephali sympathice in ventriculum agere tam ejus organisationem adeo immutando, ut virtuti solventi humorum inquilinorum amplius resistere nequeat [7]) (quia activitas reproductiva omnium organorum a vita nervea dependet) [8]), quam succum ga-

---

1) L. c. p. 84.
2) Pohl l. c. p. 33.
3) L. c. p. 346.
4) L. c. p. 351.
5) L. c. p. 344.
6) L. c. p. 351. 352.
7) L. c. p. 352.
8) L. c. p. 347.

stricum et alios tubi intestinalis humores acres et corrodente vi praeditos efficiendo, quae vis verosimiliter in abundante acido acetico consistit [1]);

d) hanc abnormem secretionem esse vicariam, cum organo cutaneo in relatione versantem [2]).

A. G. Richter [3]) causam morbi esse putat veram, attamen proprii generis, magis lymphaticam, chronicam inflammationem ventriculi, quae per certas acrimonias morbosas producatur.

Feiler [4]) inflammationem ventriculi lentam (gastritidem occultam) pro causa mali assumere vult.

Henke [5]) quoque inflammationem modo citius incedentem, modo lentius serpentem malo subesse suspicatur.

Maſs [6]) ejusdem est opinionis, gastromalaciam praegressae inflammationi vel acutae vel chronicae suam originem debere.

Hecker [7]) gastromalaciam plerumque ex inflammatione ortum ducere contendit.

Pohl [8]) dicit, sibi gastromalaciam ad sphacelum accedere videri, quin tamen contendat, „unamquamque ventriculi corrosionem inflammationi esse adscribendam, sed eam tantummodo, quae vivente aegroto suis se signis prodiderit." Pro argumentis habet:

---

[1]) L. c. p. 352.

[2]) Ibidem.

[3]) L. c.

[4]) L. c. p. 193.

[5]) L. c.

[6]) L. c. (vide Pohl l. c. p. 34.)

[7]) L. c. p. 349.

[8]) L. c. p. 34 - 37.

a) symptomata gastropathiae, quae omnia et gastritidi familiaria esse contendit;

b) in cadaveribus saepius phlogoseos vestigia reperta fuisse;

c) actionem remediorum, stimulantia nempe et similia absque effectu adhibita fuisse. — Sed aeque methodus antiphlogistica adhuc parum praestitit.

Broussais [1]), quamquam non distincte de gastromalacia agat, tamen cum de gastroënteritidis modificatione in infantibus obvia tractet, post mortem membranam mucosam emollitam aut destructam inveniri asserit, hinc sat clarum, illum gastromalaciam inflammationi adscribere. Simultaneam symptomatum hydrocephali acuti evolutionem explicat ex eo, quod encephalon in evolutione versetur et a gastritide per sympathiam facillime afficiatur; ex hac sympathia explicari etiam posse, cur symptomata encephali affecti interdum praevaleant, et cur ad encephali affectionem secundario modo gastroënteritis accedat. Affirmat quoque, hydrocephalum acutum multo rarius obvenire quam gastroënteritidem.

Zeller conjungit et Jaegeri opinionem de paralysi, et recentiorum de inflammatione, dicens: gastromalaciam esse productum morbi ab initio inflammatorii, serius paralytici [2]); quia in infantibus quaevis inflammatio minus pertinaciter in vasorum systemate perstat, sed facilius in nervorum systema relabitur, et

---

[1]) Lehrstunden über die gastrischen Entzündungen, anhaltende wesentliche Fieber genannt etc., a. d. Franz. frey übers. von F. Kuenlin, revidirt und herausgegeben von J. Gendre. 8. Bern. p. 118 — 120.

[2]) L. c. p. 98.

paralysin producit, hinc parietes ventriculi ex tali inflammatione paralytici succo gastrico minus resistere possunt [1]. — Id, quod in cadaveribus tam frequenter nulla phlogoseos signa inveniantur, non demonstrare affirmat, nunquam adfuisse phlogosim, cum talis gastromalacia decursum suum penitus absolverit, et in nondum absoluto decursu phlogoseos inventa fuissent vestigia [2].

Goedecke [3]) inclinat in sententiam, gastromalaciam pluribus causarum adductarum, interdum forsan plurium concursu adscribendam esse, et monet, destructionem hanc interdum a contactu organorum putredini, aut saltem dissolutioni faventium e. g. splenis, derivandam esse.

Chr. Fr. Harlefs [4]) gastropathiam qua tertiam speciem inflammationis ventriculi enumerat, et affirmat: morbum nequaquam pro vera gastritide aut enteritide esse declarandum, sed pro adynamica pseudophlogosi membranae internae ventriculi et intestinorum, cujus ab initio intensior status irritationis citius aut lentius in morbosam secretionem mixtionis fere causticae ex muco et lympha plastica transit, et tandem in veram cachexiam sphacelosam abit.

Recensitis nunc auctorum de causa proxima gastromalaciae sententiis superesset adducere, quam ipse

---

1) L. c. p. 135.

2) L. c. p. 127. 128.

3) L. c. (vide Hufelands Bibliothek d. prakt. Heilk. l. c. p. 224.)

4) Handbuch der ärztlichen Klinik. II. Bd. 1. Hälfte. 8. Coblenz. 1824. p. 582.

teneam de hacce materia opinionem. Libenter autem fateor, causam proximam (naturam nempe morbi) hucusque ignotam esse, et cernens, quam parum hucdum auctorum variae hypotheses in statuenda causa proxima eique superstruenda recta et rationali therapia praestiterint, ab omni nova invenienda hypothesi abstineo. — Quae hucusque certiora esse puto, sequentia sunt:

Gastromalaciam in infantibus saepe cum peculiari symptomatum cohorte (morbo nempe, quem gastropathiam voco, et ob hunc intimum cum gastromalacia nexum cum Jaeger, Rhades, Cruveilhier, aliisque propriae naturae esse censeo) incedere. Nihilominus tamen gastromalaciam, quae durante vita nullis sese manifestavit signis, eidem processui pathologico originem debere, ac illam cum gastropathia incedentem.

In producenda gastromalacia functionem lienis, quam utique hucdum ignoramus, magni momenti esse cum Fleischmann et Goedecke puto, ad quam opinionem eo magis adducor, cum ipse et alii saepius lienis mutationes invenerimus sub cadaverum sectione.

Zellero adsentio, in gastromalacia quodam initii momento adesse stadium, quod ille inflammatorium dixit, quod autem potius cum Harlessio tantum irritativum dicerem, cum sectiones cadaverum (si qua vestigia demonstrent) plerumque tantum vasa minora forma retis densi sanguine injecta ostendant. Maxime autem dolendum, nobis adhuc signa deesse, quibus hocce stadium irritativum cognoscamus.

Reliqua in explicanda gastromalacia hucusque mere hypothetica censeo.

Caput IV. Prognosis.

Hucusque prognosis gastropathiae infantum semper adhuc valde dubia, imo infausta statuenda, tum propter morbi diagnosim hucdum dubiam et obscuram, tum propter organi affecti dignitatem et sensibilitatem, in infantili aetate majorem, tum propter morbi celerem decursum, intra dierum imo horarum aliquot spatium terminatum [1]).

Paucae adhuc exstant sanati morbi exempla, et bene jam Jaeger monuit, se facile notabilem numerum casuum persanatorum adducere posse, si omnem morbum infantum, vomitu aut diarrhoea incipientem, aliqua febre, imo nonnullis symptomatibus nervosis stipatum, huc referre vellet [2]).

Quo magis in genere complicatus morbus, eo infaustior prognosis, hinc gastropathiae cum febre hydrocephalica connubium infaustissimam credo admittere prognosim, in quo cel. Pohl invenio adsentientem [3]). Infausta quoque complicatio cum inflammationibus aliis internis e. g. abdominalibus [4]). — Unica complicatio cum febre intermittente exceptionem permittit, cum Cruveilhier [5]) tres persanatae gastropathiae cum hac complicatae casus numeret.

Quo simplicior autem morbus, eo facilior prognosis; et hic iterum decursus lentus faustiorem admittit

---

[1]) Pohl l. c. p. 29.

[2]) L. c. Bd. 32. p. 28.

[3]) L. c. p. 29.

[4]) Obs. VI.

[5]) L. c. cas. 9. p. 40. — cas. 12. p. 48. — cas. 13. p. 48. 49.

prognosim, quam decursus acutus, quod Jaegeri experientia confirmat, qui morbo lente incedenti aliquoties medicinam se fecisse refert [1]).

Maxime autem mihi prognosis in hoc morbo a diagnosi pendere videtur. Quando diagnosis eo pervenerit, ut morbi stadium irritativum certe cognoveris, tunc credo prognosim utique non prorsus infaustam futuram [2]), hinc quoque non absonum mihi videtur, morbi lentius decurrentis sanati jam plures et a Jaeger et a Cruveilhier (qui fere solam formam lentam observaverat) casus referri, cum in lentius decurrente morbo etiam stadium irritativum diutius durare verosimile sit, hinc medelae quoque locum esse. Quandocunque autem morbi stadium alterum (paralyticum Zelleri), gastromalaciam nempe jam perfectam praesentem cognoveris, tunc prognosim semper infaustam futuram crederem [3]). Ipse Jaeger fatetur, quotiescunque emollitionem durante adhuc vita cognoverit, semper mortem subsecutam esse [4]).

---

[1]) L. c. Bd. 32. p. 28. 29.

[2]) Etiam Zeller l. c. p. 99. tantum in stadio ab illo dicto inflammatorio therapiam morbo esse affirmat, cum (l. c. p. 136.) in stadio altero paralytico dicto insanabilem morbum pronunciet.

[3]) Feiler Paediatrik. p. 193.

[4]) L. c. Bd. 32. p. 27.

Sectio secunda.

Therapeutica.

In sectione hac solum gastropathiae infantum, quae propriis symptomatibus sese manifestat, non autem gastromalaciae, quae nullis signis se prodit, rationem haberi posse, luce clarius patet.

Cap. I. Therapia Gastropathiae.

Therapia alia est rationalis, alia empirica. Rationalis cognitae naturae morbi innititur; cum autem gastropathiae causa proxima adhuc in tenebris lateat, facile patet, parum rationalem therapiam hucusque in gastropathia locum habuisse. Varii auctores, pro varia, quam sibi de natura hujus morbi finxerant, idea, variam proposuerant vel adhibuerant therapiam, sed parum adhuc in sanando hocce morbo profecerunt.

J a e g e r paralysim supponens exhibuit alcalia, moschum, flores zinci; pro variis indicationibus ex symptomatibus petitis exhibuit acidum carbonicum, opium, remedia amara, aromatica, stimulantia volatilia et tonica; exhibuit quoque purgantia, sed omnia frustra, imo absque notabili retardatione decursus citi

hujus mali [1]). In usum traxit externe sinapismos, vesicantia, frictiones spirituosas volatiles in epigastrio, balnea aromatica, sed absque effectu [2]).

Richter [3]), Mafs et Pohl [4]), qui malo phlogosim subesse autumant, methodum antiphlogisticam, eamque ob praesentissimum periculum, totam in usum vocandam esse censent, hinc largas sanguinis detractiones, praecipue hirudinum ope [5]) ab initio commendant. — Sed methodus antiphlogistica in binis casibus a Rhades narratis incassum adhibita fuit [6]), et Cruveilhier antiphlogisticorum et derivantium usum directe vituperat [7]).

Zeller duplex assumens morbi stadium, alterum inflammatorium, alterum paralyticum, tantum in primo stadio therapiam possibilem, hanc autem necessario antiphlogisticam esse debere affirmat [8]), et quidem perficiendam venaesectione, hirudinibus et usu mercurii, qui a febris initio forma Calomelis interne, tutius autem externe majori dosi adhibendus [9]). Praeterea sola mucilaginosa, stimulum sopientia, obvolventia commendat, ut: emulsiones cannabinas, amygdalinas, semen Lycopodii, extr. cicutae etc., et quidem sola, quando Calomel cum flor. zinci, cum amylo et mag-

---

[1]) L. c. Bd. 32. p. 27. 28.

[2]) Ibidem.

[3]) L. c.

[4]) L. c. p. 37.

[5]) Richter l. c.

[6]) L. c. p. 248.

[7]) L. c. p. 94. 100. 101.

[8]) L. c. p. 99.

[9]) L. c. p. 128.

nesia non fertur, sed vomitum exasperat [1]. Vitupe- rat usum evacuantium, in quo illi adsentitur Cruveilhier [2].

Irritatione inflammatoria imminuta caute localiter roborantia medicamina exhibenda putat [3], ast non calefacientia, volatilia, neque Cort. peruvianum. Commendat praecipue usum ferri muriatici, quod statim et assidue exhibendum putat, quando irritatione (pulsu frequenti, calore aucto) mitigata, pallor faciei cum rubore alternans, vomitus frequens, debilitas et diarrhoea ingruerint. Praecipue autem etiam in hoc stadio necessarium putat usum rubefacientium, cum inflammationes in statum neuroparalyticum transgressae praecipue in infantibus per eruptiones cutaneas (imprimis miliarium) interdum critice solutae fuerint [4]. Etiam Cruveilhier sinapismos et vesicantia, quae femorum faciei internae, et epigastrio imponi jubet, non omittit, quando morbus aliis remediis non obtemperaverit [5].

Unicum autem Zeller hac methodo sanatum casum memorat, neque hunc fusius describit [6].

Maximam autem therapia a Cruveilhier proposita meretur attentionem, cum hic hucusque plurimos sanati morbi casus numeret. In gastropathia salutem omnem positam esse affirmat in accurato et assiduo horum remediorum usu:

a) Famis et sitis, ut organon affectum quietem acquirat, ne membrana mucosa irritetur, ne musculosa

---

1) L. c. p. 129.
2) L. c. p. 101.
3) L. c. p. 100.
4) L. c. p. 159.
5) L. c. p. 101.
6) L. c. p. 128.

contrahatur, et ut vasa humores nimios aut per irritamentum copiose allicitos, aut jam effusos avide resorbeant [1]). — Etsi haec explicatio forsan non sufficiat, tamen rem ipsa natura videtur indicare, cum infantes tempore, quo nihil assumunt, optime adhuc habeant. Observavit id jam Fleischmann [2]), et E. [3]) infantem 9 mensium hoc morbo laborantem vidit, qui porrecta tam diu ore retinebat, donec clam exspuere posset. —

Abstineant ergo aegri juxta Cruveilhier quantum possibile et a cibo, et a potu. Exhibuit illis vitelli ovorum in aqua fervida soluti cum saccharo mixti omni quarta hora cochl. unum aut bina, praeterea Decoctum oryzae, hordei, album Sydenhami absque cinnamomo, parcis dosibus. — Sitim basim omnis therapiae in hoc morbo sistere asserit [4]).

b) Diaetae lacteae, nam lac parce exhibitum vires conservat, et irritamenta heterogenea demulcet [5]). Hinc infantes de novo mammis aut matris aut nutricis adponantur, nisi forsan jam a pluribus mensibus ablactati sint, quibus lac recenter emulsum adhuc tepidum exhibeatur [6]).

Quod de fame et siti monitum est, etiam hic valet, infantes parce, omni tertia aut quarta hora, intervallis semper majoribus, mammis adponantur, et tan-

---

1) L. c. p. 94.
2) L. c. p. 123.
3) In Rust's krit. Repertor. Bd. II. p. 513.
4) L. c. p. 97.
5) L. c. p. 94.
6) L. c. p. 97. 98.

tum parca quantitas lactis una vice eis permittatur [1]).

c) **Balneorum tepidorum**, ut sudor excitetur. Initio pro balneis sumantur Decocta plantarum mucilaginosarum, serius infusa herbarum aromaticarum, aut roborans decoctum Cort. peruv.. Balnea quotidie bis, terve adhibeantur. Infantes plerumque fiunt quietiores, hilariores, et post balneum quiete dormiunt [2]), in quo adsentitur criticus E. [3]).

d) Praeter haec remedium palmarium sistit **Opium**. Exhibuit extractum opii aquos. et per os et per anum, et in prima morbi periodo optimum censet antiphlogisticum ?! Exhibuit illud plerumque forma Syrupi opiati (qui constat solutione grani semis Extr. opii aquos. in Syr. gummosi unciis tribus) omni altera hora cochl. coffeanum, aut juxta sequentem formulam:

Rcp. Extr. opii aquos. granum semis
solve in:
Syr. gummosi uncia
adde:
Aq. comm. uncias sex.
M. d. s. Omni bihorio cochl. minus.

Sed interdum opium interne non fertur, et vomitu rejicitur. Hinc praecipue clysmata cum opio laudat. Extr. opii aquosi grani pars octava mane et vesperi, imo omni quinta aut quarta hora in clysmate cum amylo, gelatina, aut ex decocto semin. lini, diar-

---

1) Ibidem.

2) L. c. p. 99.

3) In Rust's krit. Repertor. Bd 2. p. 313.

rhoeam interdum subito sistebat, et magnum attulit levamen [1].

Laudanum, quod quidquam magis irritat, caeterum eodem modo agere affirmat, et ad gutt. 3 — 6 pro dosi, tum interne (etiam in potu), tum in enematibus exhibuit [2].

Notandum Cruveilhier opinioni Dupuytren addictum esse, qui affirmat, intestina crassa solum vi resorbente praedita esse, opiumque per enemata immediate in circulum sanguineum deferri [3], et tali modo dosim opii enemate exhibiti effectum edere quadruplicis hujus dosis per os ingestae [4].

Etiam E. [5] semel cum euphoria Cruveilhier secutus opium in hoc morbo exhibuit. — Mirum tamen jam ab aliis quoque opium, quamquam non tantis dosibus, frustra tamen exhibitum fuisse. Jaeger incassum se adhibuisse asserit; puellae, cujus P. de Wind meminit, theriaca exhibita fuit; puellae 14 dierum [6] tincturae opii guttae 10 — 12 porrectae fuere; cel. Doct. Dworžak in enematibus [7] exhibuit, sed absque effectu. [8] —

---

[1]) L. c. p. 100.

[2]) L. c. p. 100.

[3]) Ibidem.

[4]) L. c. p. 39.

[5]) In Rust's krit. Repertor. Bd. 2. p. 314.

[6]) Bernt l. c. Bd. 4. p. 68.

[7]) Obs. II. VIII.

[8]) Quamquam illis adsentiam, qui affirmant, opiata nequaquam esse remedia infantili aetati convenientia et summa tantum urgente necessitate et cauta manu esse exhibenda (Vogel in Rust's krit. Repertor. Bd. 1.

In reconvalescentia tandem Cruveilhier remedia roborantia, imprimis Syrupum Chinae, laudat [1]) et diaetam accuratam strictam, parca dosi prius majoribus dein minoribus intervallis exhibenda censet lac caprinum, juscula carnium, vinum bonum etc.

Jaeger in lentiori forma usu mixturae ex Tinct. rhei aquos., Ol. tart. per deliq., Extr. fruct. aurant. immaturor., Syr. Diacodii et Aq. foeniculi ulteriorem morbi decursum interceptum esse putat, sed magis credit enutritionis mutationem, quam medicamina egisse,

---

Hft. 1. et apud Cruveilhier l. c. p. 39. Anmerkung), tamen in morbo tam periculoso faustus successus methodi, quam Cruveilhier experientiis fultus commendat, ad imitationem in simili casu invitaret. De usu opiatorum in infantibus videantur:

Dr. J. Storchens theoretische u. praktische Abhandlung von Kinderkrankheiten. IV. Bd. 8. Eisenach. 1751. p. 384. sqq.

Dr. N. Börners Kinderarzt. 8. Frankf. u. Leipzig. 1752. p. 386. 387. et p. 432. sqq.

Dr. Ch. W. Hufelands Bemerkungen über die natürlichen und inokulirten Blattern, verschiedene Kinderkrankheiten, u. sowohl medizinische als diätetische Behandlung der Kinder. 3. Aufl. 8. Berlin. 1798. p. 335 — 337.

F. Jahn Neues System der Kinderkrankheiten. 8. Arnstadt u. Rudolstadt. 1803. p. 137.

A. Henke Handb. z. Erk. u. Heil. der Kinderkrankh. 3. Ausg. 8. Frankf. a. M. 1821. Bd. I. p. 232.

H. X. Boër Versuch einer Darstellung des kindl. Organismus. 8. Wien. 1813. p. 62.

[1]) L. c. p. 101.

cum infantibus quoque potum ex glandibus quercinis, quem hic eximiae utilitatis censet, aut de novo sanae nutricis ubera exhibuisset [1]).

Vomitum Jaeger quidquam sedavit Aq. Cinnam. cum Liq. anodyno, in genere stimulantibus volatilibus [2]).

Rhades infantem 8 mensium, in quo hirudines et Calomel frustra in usum traxerat, usu acidi muriatici oxygenati sanavit. Exhibuit ejus quotidie unciam semis cum Syrupo et Aq. foeniculi [3]).

E. [4]) commendat acidum lignosum (Holzsäure) et promittit ulteriorem experientiae de hocce remedio communicationem, quam adhuc exspectamus.

Cap. II. Prophylaxis.

Auctorum, qui de gastropathia scripserunt, unicus Cruveilhier [5]) quaedam de prophylaxi disserit. Qua remedia prophylactica commendat:

a) summam cautionem in eligenda infantum nutrice, ut sit sana, non infra vigesimum, nec ultra trigesimum aetatis annum etc. — An non melius fuisset consilium, ut quaelibet mater (nisi sufficientes rationes prohibeant) ipsa infanti suo ubera praebeat?

b) ne infantes nimis cito ablactentur. Qua medium tempus lactationis annum constituit: utinam autem

---

1) L. c. Bd. 32. p. 29.

2) L. c. p. 11.

3) L. c. p. 248.

4) In Rust's krit. Repertor. Bd. II. p. 314.

5) L. c. p 92. 93.

omnes infantes propriae matris ubera solummodo usque ad primam dentitionem sugerent, ut medici germani plurimi suadent! —

c) ablactatus post annum, aut urgente necessitate prius, infans nutrimentis adaequatis nutriatur. Commendat juscula carnium cum lactis aequalibus partibus mixta.

d) ab omni medicaminum intempestiva exhibitione abstineatur.

Quae hic cel. auctor qua prophylactica commendat, in genere plurimis infantum morbis prophylaxim exhibent, et paucis hac sententia continentur: Educatio infantum physica sit rationalis, ad quam instituunt Hufeland [1]), Henke [2]), Goelis [3]), aliique.

---

[1]) C. W. Hufeland guter Rath an Mütter, über die wichtigsten Punkte der physischen Erziehung der Kinder. N A. 8. Leipzig. 1803.

[2]) A. Henke Taschenbuch für Mütter über die physische Erziehung ihrer Kinder in den ersten Lebensjahren. 12. Frankf. a. M. 1810.

[3]) L. A. Gölis Vorschläge zur Verbesserung der körperlichen Kindererziehung in den ersten Lebensperioden. 2. verm. u. verb. Aufl. 8. Wien. 1823.

Sectio tertia.

Observationes.

Omnes infantes, quorum nonnulla de morbi statu et cadaverum sectiones hic adduco, erant ex brephotropheo, qui in urbe a nutricibus, plerumque mulieribus pauperculis in cubilibus angustis, depressis, ubi plures homines, saltem plures infantes habitant, educantur. Minores lacte nutricis, adultiores vario cibo, plerumque pultaceo, farinaceo enutriuntur. Plurimis nunc mos est, ad sublevandam nutritionem exhibere infusum glandium quercus tostarum forma potus coffeani, quod optime conducit. Infantes aegrotantes a nutricibus adferuntur in nosocomium ad Dom. Doct. Dworžak, qui illis medicamina necessaria praescribit. Quae hic pauca de statu morbi defunctorum adduxi, aut Cel. D. Doctor mihi ex memoria communicavit, aut ego, cum ejus ordinationibus interessem, raptim notaveram.

In sectionibus cadaverum solum illa nominavi organa, in quibus quid memoria dignum repereram. Cranium excepto casu I. non aperuimus, cum in nullo casu levissimum in vita symptoma adfuerit, quod suspicionem movisset, in capite nos quidquam inventum iri; hinc capitis sectionem, alioquin in infantum cadaveribus molestiorem, in his casibus non institui.

Observatio I.

Puer 9 mensium, qui dimidio mense Decembri 1821 symptomatibus pneumonicis, ut: respiratione citata, laboriosa, anxia, tussi, simul praesente febre laborabat, cui hac ex causa hirudines ad thoracem appositae, interneque antiphlogistica exhibita fuere, post alterum diem mortuus est.

19. Decembris instituta est

Cadaveris sectio.

Praeter exiguam seri quantitatem in ventriculis cerebri lateralibus caput nil morbosi offert. — Aperto thorace glandula thymus adhuc magna. In utroque thoracis cavo, aeque ac in pericardio serum effusum rubellum. Pulmones et cor non aberrant. — Hepar sanum. Ventriculus aëre ad magnam molem expansus. In pariete anteriori ad fundum plagam offert fuscescenti rubram, in cujus medio levi ad ventriculum pressione adhibita foramine rumpitur, ut aër et pauca contenta fluida exirent. Margines foraminis irregulares, tota plaga mollis, gelatinosa, cum reliqua pars ventriculi et sub discissione ope forficis, et sub frictione intra digitos sat firma. Lien magnus, caeterum non abnormis. Ad finem inferiorem introrsum in omento lien globosus accessorius, magnitudine nucis avellanae, cum splene immediate non cohaerens. In intestinis tenuibus non abnormibus duplex volvulus, uterque ad pollicem longus, in quo pars inferior in superiorem intrusa; caeterum hic nulla phlogoseos vestigia, nullum rete vasculosum, nulla parietum incrassatio, nulla pseudomembrana. Volvuli extrahendo partem intrusam facile solvi possunt.

Observatio II.

Schaffaržik Matthias, puer 2 annorum, jam per aliquot dies aegrotat; appetitus prostratus est, aeger moestus, morosus, debilis, diarrhoea vexatur.

8. Aprilis 1822 facies tumidula pallet, sitis magna, respiratio difficilis, laboriosa, aeger interdum tussitat, gemit, abdomen tumidum, meteoriticum, alvus diarrhoica, sub qua materia fluida ex flavo - nigrescens deponitur, calor cutis valde auctus, pulsus frequens, debilis, aeger indifferens.

Apponitur vesicans intra scapulas. — Praescribuntur enemata ex Decocto rad. Salep cum vitello ovorum et tinct. anod. simpl. — Interne exhibetur Infus. rad. Arn. cum Mucilag. gummi arab., Aq. Cinnam. simpl. et Syr. Diacod.

Ex usu horum remediorum diarrhoea quidem quidquam conticuit, ast sequenti nocte accessere convulsiones, quae bis aegrum prehenderant, et 9. Aprilis mortuus est.

Sectio cadaveris.

Pulmones sani. Cor, cujus atrium dextrum coagulo polyposo flavicante sebo simili totum repleba-tur, non aberrans; foramen ovale penitus occlusum.

Abdomen totum tensum, viridiscens. In cavo peritonaei quidquam effusi seri. — Hepar non aberrat, in vesicula fellea bilis spissa flava. Ventriculus in amplam extensus molem multum fluidorum continet, ejus totus fundus colore cinerascente a reliqua parte differt. In pariete anteriori proxime ad cardiam lata plaga sordide rubra; altera aeque sordide rubra sat lata plaga in fundo ubi splen affigitur. Cum

contenta ventriculi per pylorum evacuans priorem hanc plagam digitis firmius tenerem, laceratur. In utraque hac plaga mucosa facile a reliquis membranis separatur, omnes membranae sub discissione ope forficis molliores, digitis friabiles, quasi chemice destructae et dissolutae in massam gelatinosam. Nec in ipsis his decoloratis plagis, nec in earum ambitu inveni rete vasorum rubrorum. Lien sanguine turgidior, sub digitorum pressione rumpitur; ad hilum lienis lien parvus accessorius. Intestina omnia, imprimis vero Colon valde aëre extensa, hinc inde faecibus parum repleta.

Observatio III.

Klement Elisabetha, puella 14 mensium, boni habitus, antea sana; primis Martii 1822. diebus diarrhoea serosa cum statu nervoso laboraverat, ex quo sub usu remediorum indicatorum convaluit. — Postquam primis sequentis mensis Aprilis diebus ob alvinam obstructionem cum tenesmo et inquietudine nocturna ei decoctum althaeae mannatum praescriptum fuerat,

9. Aprilis sitis accusatur aucta, alvus fluida viridescens, pedes quidquam tument, vires non prostratae. — Praescribuntur enemata ex decocto rad. Salep cum vitello ovorum.

Diarrhoea non conticuit, ast 11. Aprilis debilitas et prostratio magna, sitis valde aucta, alvus fluida et viridescens ruit, valde foetens, pedes tument, pulsus frequens, debilis, calor cutis non nimius.

Exhibentur excitantia, alvum cohibentia cum mucilagine; enemata simul excitantia, sed frustra, 12. Aprilis puella haec 15. mensium moritur.

Sectio cadaveris.

Pulmones quidquam flaccidi, caeterum non abnormes. — In pericardio pauxillum seri. Atrium dextrum cordis parum sanguinis partim coagulati continet. Foramen ovale penitus occlusum.

Hepar sanum, vesicula fellea bile spissa profunde brunnea turget, quae vicina intestina colore profunde flavo-fusco tinxerat. Ventriculi totus fundus, quo splen adjacet, per anteriorem, posterioremque parietem usque ad cardiam luride nigrescenti-ruber, mollis, gelatinosus, ubique sub levissimo attactu disrumpitur, et contenta fluida ventriculi, quibus hic modice repletus erat, effluunt. Haec emollitio multo major quam in Obs. praecedente II. — Lien non abnormis. — Totus tractus intestinalis aëre extensus, hinc inde faecum paucam quantitatem continet. In intestinis tenuibus plaga ad 2 pollices longa, in qua externe vasa minora sanguine turgida pulchrum rete vasculosum sistunt, in hoc loco quoque membrana mucosa tota rubet.

Observatio IV.

Hess Barbara, puella 6 mensium, bene nutrita, sana vixerat usque ad ultimum vitae mensem, Aprilim nempe anni 1822. Hoc continuo tussi vexabatur, sicca plerumque, impetuosa, respiratione difficili, prius anhelosa, cum strepitu muci in trachea, serius laboriosa, brevi, alvus initio flava, demum plerumque tardior. Ob strepitum muci in trachea, linguam muco albo tectam 10. Aprilis emeticum ex Oxym. squillae cum Vin. antim. exhibitum vomitum non movit. — Accessit dein habitus leucophlegmaticus et 24. Aprilis mortua est.

Sectio cadaveris.

Sub separatione sterni pulmo uterque pleurae firmiter adhaeret: thymus circumdata textu celluloso pericardii quoque anteriorem superficiem obducente degenerato, flavicante, adiposo, fere cartilagineo. Pulmonum lobi et inter se et integri pleurae mediastino et diaphragmati (parva plaga marginum posticorum obtusorum liberiori) partim per lympham effusam, partim per pseudomembranam concreti. In pleurae utriusque libera parte parum seri rubelli. Inter lobum pulmonis dextri superiorem et pericardium massa flava, spissa, puriformis, 2 lineas crassa, pollicem lata, effusa, pulmonem pericardio jungens. Similis massa versus posteriora pulmonis hujus lobum superiorem cum inferiore jungit. Pulmones cinerascentes, decolores, in substantia fere exsangues, solum lobi inferiores quidquam sanguinis continent. Utriusque pulmonis lobi superiores hepatis quasi substantiam referunt, sub discissione non crepant, non spumant, sub aqua discisci nullas vesiculas aëreas emittunt, in aqua statim fundum petunt, cum lobi inferiores discissi crepent, quidquam sanguinis fundant, spument, sub aqua discissi multas vesiculas aëreas emittant, et aquae innatent. Pulmonis dextri lobus superior discissus hinc inde materiam flavam, purulentam, parvas vomicas continet.

In pericardio notabilis quantitas seri rubelli. In cordis atrio dextro coagulum polyposum, quod usque in venarum ramos ordinis quarti extenditur. In atrio sinistro parum sanguinis coagulati. Foraminis ovalis valvula nondum cum margine concreta.

Aperto abdomine in cavo peritonaei parum seri flavicantis. Hepar mole grande, omnia intestina ex situ ad latus sinistrum premens, substantia tamen non

abnorme, sanguine non turgens. Vesicula fellea bilem aurantiam oleosam continet. Ventriculi paries anterior proxime ad fundum extrorsum ex griseo ruber, sub levi vi disrumpitur, totus tenuis, gelatinoso-emollitus. Lien sanguine non turget, minus resistit, leviori vi rumpendus. Intestina aëre quidquam extensa. In tenuibus nonnullae plagae extus rufae interne in membrana mucosa ruborem diffusum exhibent, tamen absque reti vasorum minimorum sanguiferorum, et absque perceptibili emollitione. Venae mesenterii sanguine turgent.

Observatio V.

Wodečžka Joannes, puer gracilis, macilentus, annum natus, initio mensis Aprilis 1822. sub proruptione dentium caninorum diarrhoea laborabat, quae per aliquot hebdomades continuabat. Alvo dein ordinata tussi afficiebatur. — Serius mense Majo sub continua emaciatione, appetitu prostrato, abdomine tumido, faciei pallore et habitu leucophlegmatico vexabatur. Supervenit denuo mense Junio diarrhoea serosa, emaciatio continuabat, viribus magis magisque decrescentibus debilitas summum attigerat culmen et aeger, qui semper morosus, indifferens erat, summe emaciatus 23. Junii peracto 15. aetatis mense moritur.

25. Junii facta

Sectio cadaveris.

Aperto thorace utriusque pulmonis superficies convexa excepto apice per pseudomembranam firmiter pleurae adhaeret, etiam paginae inferiores exceptis nonnullis plagis diaphragmati accretae. Caeterum pulmones

rosei, substantia sani. In cavo pericardii pauxillum seri; in cordis atrio dextro coagulum polyposum atrosanguineum, in cavo cordis sinistro nonnihil sanguinis grumosi.

Aperto abdomine in cavo peritonaei parum seri. Hepar exsangue, vesicula fellea modice bile spissa repleta. Lien externe virescenti-caerulescens, superficies ventriculo adjacens subvirescens. Interne cerasino-ruber, sanguine turgens, substantia subflaccida. Ventriculus contentis semifluidis, in quibus nonnulla cerasa fere cruda enucleata reperiebamus, modice expansus. In fundo, ubi splen adjacet, profunde atrorubet, et in pariete posteriore luride ex caeruleo rubet. Cum integrum ventriculum eximere vellem, in pariete anteriori proxime ad cardiam rumpitur et contenta effundit. In ipsa hac plaga, ubi ruptus est, parum luride rubescit. Omnium harum plagarum parietes tenues, sub discissione ope forficis parum resistentes, emolliti, gelatinosi. In plagis maxime decoloratis membrana externa facile separanda a strato musculari, quod dein maxime pultaceum, fusco-rubrum, interna tunica mucosa iterum fere immuni. Intestina tenuia et crassa aëre inflata, cum Colon descendens collapsum et contractum sit; tenuia hinc inde nonnullas maculas offerunt luride rufas, tamen non evidenter emollitas. In omni fere tenuium tractu membrana externa facillime separatur, ut in Obs. sequente VI.

In utriusque renis pelvi granula sabuli calculosa.

Observatio VI.

Drexler Klara, puella 16 dierum; 25. Julii 1822. adfertur Doctori Dworžak, omnia assumta evo-

mit, alvus diarrhoica fluit, sub omni attactu abdominis infans gemit et ejulat, musculos faciei distorquet, pulsus febrilis. — Exhibita est mixtura oleosa c. saccharo. Sequenti die mane hora 8. sub convulsionibus mortua.

21. Julii ad vesperam instituta

Cadaveris sectio.

Aperto thorace thymus sat magna, intense rubella. Pulmones aeque intense rosei, liberi, sanguine divites.

Aperto abdomine in cavo peritonaei notabilis seri rubelli quantitas. Hepar sanum, in vesicula fellea quidquam bilis spissae, ochraceae. Lien sanguine non turgens, fusco-rubet, mollis, facile sub digitorum pressione lacerandus, absque corpusculis granulosis albis in substantia ejus. — Omne omentum, Colon transversum et ventriculus aëre sat expansus externe valde rubent ex reti vasorum minimorum sanguine injectorum. Ventriculum cum liene accuratius examinaturus, illum protraxi, ast sub ipso hoc actu ventriculus in fundo ad parietem posteriorem et Colon transversum in pariete anteriori rumpitur. Ventriculi totus fundus luride fusco-rubet, mollis, tenuis, maxima in parte inter digitos pultis instar friabilis, gelatinosus. In ipsa hac plaga emollita et decolorata separata tunica externa imprimis stratum musculosum dissolutum, pultaceum, quod quidquam acide redolet. Reliqua ventriculi pars usque ad pylorum abraso muco, qui membranae internae adhaerebat, haec ex reti minimorum vasculorum sanguine injectorum pulchre coccineo-rubet. Duodenum externe quidquam rubet. Intestina

tenuia et aëre et contentis faecibus modice expansa, hinc inde plagulas ostendunt ex vasculis minimis sanguine repletis rubentes. In toto tractu hoc membrana externa ex peritonaeo oriunda facile separanda. Colon adscendens et transversum aëre inflata, descendens collapsum. Coli transversi superficies interna ut illa ventriculi rubet. Circa foramen, quo rumpebatur, nulla decoloratio, solum levis emollitio.

Observatio VII.

Puer annum nondum transgressus, cui ob symptomata pneumonica, tussim, respirationem citatam, laboriosam, simul praesente febre hirudines quatuor ad thoracem appositae, interneque emollientia antiphlogistica exhibita fuere, altera die, nempe 2. Decembris 1821. obiit.

4. Decembris instituta

Cadaveris sectio.

Aperto thorace pulmonis utriusque pagina convexa pleurae per materiam exsudatam gelatinosam adglutinata, quae sub separatione levi vi perficienda in fila trahitur. Utriusque pulmonis margo obtusus posterior (praecipue autem pulmonis dextri lobus infimus) intense caeruleo-ruber, substantia harum partium firmior, sanguine turgens, sub discissione abest singularis ille strepitus pulmonum sanorum, qui quoque in loborum superiorum parte anteriore pericardium tegente sanissima bene observatur. In pericardio seri flavi quantitas ad semunciam. In atrio cordis dextro coagulum polyposum flavum sebo simile, quod per cavum cordis

in arterias pulmonales earumque ramos quinti et sexti ordinis extenditur. Circumluitur hoc coagulum in cavo et atrio residua sanguinis parte fluida, tenui, brunnea. In cavo cordis sinistro sanguis coagulatus cum concremento polyposo firmiori, densiori, quod per aortam in subclavias et carotides extenditur, et sanguine rubro circumluitur.

Aperto cavo abdominis parum seri flavi intra intestina effusi. Hepar magnum, sanguine parum turgens. Lien normalis. Ventriculus valde tum contentis fluidis, tum aëre expansus. In ejus fundo plaga rotunda 2 pollices in diametro, fuscescenti-rubra, relate ad reliquos parietes tenuis, flaccida, mollis, facile levi vi laceranda, in qua membrana interna facile separanda. Intestina modice aëre extensa, nihil abnorme ostendunt. Glandularum mesenterii magnitudine non excedentium nonnullae intus rubellae, nonnullae autem albidae, firmae, fere cartilaginis ad instar.

Observatio VIII.

Polaczek Barbara, puella macra, tenera. Infans 7 mensium primis mensis Aprilis 1822. diebus tussi laborabat; per aliquot hebdomades dein alvo inordinata, plerumque tardiore, abdomine tumente, nocturnis sudoribus et virium prostratione vexatur.

Circa medium sequentis mensis Maji alvus iterum inordinata, frustis albumini cocto similibus mixta, sudores nocturni.

19. Maji alvus fit laxa, diarrhoica, cum femorum ad abdomen attractione, inquietudine, ejulationibus. — Exhibentur mucilaginosa, nutrientia, obvolven-

tia, alvum sistentia, similia enemata; 20. Maji sub magna emaciatione summa virium prostratio, abdomen tumidum, meteoriticum, alvus diarrhoica, facies hippocratica. Adduntur medicaminibus excitantia, enematibus tinctura anodyna, sed frustra, eodem adhuc die puella 9 mensium moritur.

22. Maji fit

Sectio cadaveris.

Aperto thorace glandulae thymus exigua vestigia. Pulmonum lobi superiores hinc inde per pseudomembranam ligamentum album referentem pleurae affixi. Lobi autem inferiores fere toti per pseudomembranam sat firmam et crassam, et cum pleura, et cum diaphragmate concreti. Pulmones caeterum in substantia non abnormes. — In pericardio pauxillum seri flavidi. In cordis parvi atriis cavisque sanguis ater grumosus.

Aperto abdomine nonnihil seri rubicundi in cavo peritonaei. Hepar nequaquam magnum in lobo sinistro fere exsangue, in dextro sanguine ditius. In vesicula fellea modica quantitas bilis oleosae aurantiae. Lien parvus, sanguine non abundans, in ejus substantia corpuscula alba vix visibilia. Ventriculus in fundo, ubi splen affigitur, plagam rotundam 2 pollices in diametro metientem ostendit luride ex caeruleo-rubentem: evacuato et aqua eloto ventriculo in hacce plaga et membrana interna aeque decolorata; sub discissione haec plaga mollior, tenuior, minus resistens reliqua ventriculi parte. Intestina tenuia, Colon adscendens et transversum aëre extensa, Colon descendens collapsum, contractum; flexura sigmoidea sordibus fluidis scatens in regione inguinali dextra jacet.

Glandulae mesentericae notabilis magnitudinis, albo-flavescentes, non cinereo-carneae, ut esse solent. In renis sinistri pelvi praeter calculum, ½ poll. latum, compressum, formae pelvis renalis, adhuc aliquot minora granula calculosa. Aeque in pelvi renis dextri aliquot calculi pisi fere minoris magnitudine.

Observatio IX.

Pischka Maria, puella 1 anni, boni habitus, cui ob tussim, respirationem anxiam, citatam, febrem simul praesentem hirudines ad thoracem appositae, et interne mucilaginosa, antiphlogistica exhibita fuere, post aliquot dies 18. Martii 1822. moritur.

20. Martii fit

Sectio cadaveris.

Aperto thorace in cavo utriusque pleurae nullum effusum. Pulmonis dextri pagina convexa versus marginem anteriorem per lympham exsudatam pleurae adglutinata. Caeterum pulmones non aberrant. — In trachea et bronchiis mucus spissus, spumosus, quo abraso nulla phlogoseos vestigia.

Aperto abdomine tumido ventriculus et Colon aëre in magnam molem expansa comparent. Hepar et lien habitu normales. In ventriculi pariete anteriori proxime ad fundum plaga diametri circiter pollicaris, rotunda, luride rubra, adhuc resistens, attamen sub discissione ope forficis multo mollior reliquo ventriculo, tenuior. Intestina tenuia in quinque locis volvulum offerunt, quorum quisque pollicem longus, ubique pars inferior intestini in superiorem in-

trusa, in his locis ut in Obs. I. nec ulla phlogoseos vestigia, pars intrusa facile extrahi potest. Ren sinister sanguine turget, cum dexter non aeque sanguine turgeat.

Pragae:
Typis Sommerianis.
1824.